
THESES JURIDICÆ
FAMÆ MATERIAM PUBLICÆ CONTINENTES,

Quas

ADSPIRANTE TRINUNIUS NUMINIS GRATIA

ATHENIS LEUCOREIS



JCtorum Permissu Ordinis Magnifici

SUB

PRÆSIDIO

Amplißimi, Consultißimi atq; Excellentißimi

VIRI

Dn. AUGUSTINI STRAUCHII,

U. J. D. Cod. P. P. Provincialis Curiæ, Consistorij Ecclesiastici nec non Scabinatus Electoralis Saxon. juxta atq; Facultatis Juridicæ Assessoris Gravissimi, Dn. Præceptoris, Patroni ac Promotoris, Hospitis itemq; omni Observantiæ, Amoris & Honoris cultu ætatem Devenerandi.

publicè

Eruditis placidè ventilandas

proponit

GODOFREDUS VOLHARDUS DRESD.

Auctor & Respondens. 51

In Acroaterio JCtorum

ad d. XVII. Februarij

Horis matutinis.

Wittebergæ Charactere Johannis Röhneri, Acad. Typ. 1649.

VIRIS

Amplissimis, Consultissimis, Excellentissimis, Reverendo plurimùm, Experientissimo, Integerrimo, Clarissimis,

DN. AUGUSTINO STRAUCHIO J.U.D. Academiæ hujus Cod. P. P. Provincialis Curiæ, Ecclesiastici Consistorij, Electoralis Sax. Scabinatus, ùt & Juridicæ Facultatis Adsessori,

DN. HEINRICO COSELIO de Perlinovez, U. J. D. & Facult. in Academia hac Juridicæ Adsessori, necnon Electoralis Curiæ Advocato Ordinario,

DN. FRIDERICO VOLHARDO, Capituli Cizensis Canonico.

DN. CHRISTIANO VOLHARDO, Medicinæ Doctori & Dresdæ Practico,

DN. MICHAELI LEISTERO, Quæstori Dresdæ Electorali,

DN. MARTINO Ratken/ Serenissimi Electoris Saxon. ab Expeditionibus secretioribus,

Nec non

VIRO

Admodùm Reverendo & Clarissimo

DN. M. JOHANNI HERTZOGIO, Pastori ad Divam Crucis Dresdensi,

Dnnnnnnn. Hospiti, Præceptoribus, Patruo Patrueli, Adfinibus, Patronis ac Promotoribus suis nullo non tempore sanctè suspiciendis

SALUTEM ET FELICITATEM.

QVantum, VIRI HONORATISSIMI, Amorem qualem VOS exhibuistis mihi Benificentiam, quod insuper Studium in me impendistis hacte-

hactenùs; Idem VOBIS Obſequium, Obſervantiam talem, tantum juxta atq; Honorem ut præſtem ÆQVITAS ſvadet. Nil etenim fruſtra collocari in quem exigit EA, neq; patitur Benefactorem deſtitui & carere penitùs præmiis dignis. Utinam ergò & hìc digna Benefactis præmia offerrem Veſtris, PATRONI SUMMI! Utinam & Meritis Veſtris reſponderent ea, quæ in ſignum gratitudinis adferre mecum conſtitui! Verùm cùm præter præmiorum paucitatem ingenij tenuitas, cujus omnium maximus mihi ipſe ſum teſtis, pari par referre admodum obviet mihi, minimè licèt deficiat voluntas, quòd quaſi & me obvium eſſe oporteat ÆQUITATI, fateri nullus erubeſco. Hinc etiam, quo Diſquiſitionem hanc CLARISSIMIS NOMINIBUS VESTRIS inſcriberem minùs, facilè confeſſa modò infirmitas mea cauſam præberet, nî Veſter in literatos Adfectus, qui & bonis omnibus & mihi cognitus adfatim eſt, ut munus levidenſe hoc deferam, optimus exiſteret Svaſor: cùm adhoc obfirmatæ ſim ſpei, Triti illius recordaturos VOS eſſe:

Molâ ſalsâ litare, quibus Thura non ſunt.

Ampli-

Amplitudines itaq; Vestras, Reverentias & Claritates imploratas ac exoratas percupio, ut Exercitium hoc quale quale Academicum ex eâ, quâ par est, animi subjectione dedicatum muneris vicem accipere, æqui itidem boniq; velint consulere, ulterius quoq; studia mea adjuvare non desistant.

Valete MAGNI MECOENATES & Favore Vestro atq; Amore prosequimini

In Alma Leucorea
Mense Febr.
Anno 1649.

Vestrum
Observantissimum
nec non
Addictissimum

Godofredum Volhardum
Dresdensem.

Auff seines Vielwerthen Freundes Disputation als Er de Fama publicâ publicè disputirte.

WAs ist in dieser enge
Aller Menschen höchstes gut
Welches treibet jhren Muth
Zudencken in die länge?
Leben vnd weben in gleichem gewicht/
Streben nach Ehren vnd gutem Gerichte.

2. Es ist die Edle Tugend
Die da ruhet in dem lohn
Eines guten Nahmens Thon/
Den alle in der Jugend
Suchen durch vielerhand rühmlichen Lauff
Jugend mit tugend zu bringen herauff.

3. Wil einer nun durch Künste/
Der Eysgrawen Ewigkeit
einverleiben seine zeit
der muß vermeiden dünste:
Stehen wo Febus vnd Cynthien Saal
festiget jhren vergoldeten Straal.

4. Drumb wird mit macht gestritten/
Einer Seelen hoher Geist
sey allein dahin befleist
denn Himmel auszubitten.
Bellerofontische Pferde gehn fort
Lauffen auff Delius Wincken vnd Wort.

5. Daß dieser Lauff gelinge
durch der Künste mitgeleit
So erspare nur die zeit
Anders halt geringe
Laster vnd Müßiggang können nicht gehn
Neben dem Ehrlichen Nahmen/noch stehn.


6. So

6. So gehts zwar in dem Ronde/
Da laufft einer hin bald her/
Nur zu suchen grösser Ehr/
Verkehrt sich alle Stunde/
Fama soll ieglichen tragen empor
Daß Er kan sitzen in höherem Chor.
7. So wil; auch sein erhoben
Jener der den Tempel schlägt
Vnd dürchs fewr in asche legt.
Wer wolte doch den loben?
Konte man dißfals vnsterblich verbleiben
Jederman würde frisch müssethat treiben.
8. Du giebst viel beßre Lehren
Von der Fama goldnen Haar
Von dem groß erlangtem Jahr/
Die von den höchsten Ehren:
Keiner ist sicher vor vngelücks welln
Welchen Fortuna nicht gerne wolt fälln.
9. Du kämpffest vor den Nahmen
Wie derselbe sich gebiert/
Vnd sich wiederumb verliert
Durch der vntugendsamen
Deine Versprechung wird andere stürtzn
Ehrliche leute vor leummuth beschützn.
10. So schreibe weil du gehest
in Apollo Meister Schul/
biß Du entlich in dem Stuk
der Rechtsgelehrten stehest.
Dreßden erwartet dich liebliches Kind
Weil die gelehrten itzt seltzamer sind.

11. Das

11. Das ists daß du begehrest
Dem du fleißig nachgetracht
biß du solches vor dich bracht
Vnd rühmlich vns gewehrest:
Nichtes ist höher im Weltlichen Stand
Ohne den Schwachen thun hülffliche hand.
12. So wird dich Fama bringen
zu deß Ganimedes mahl
in der höchsten Ehren Saal
Vnd deinen Ruhm bisingen:
Alle mit Kräntzen belaubte sind dar
eben zu krönen dein Würdiges Haar.
13. Denn von der Fama streiten
Vnd von Ihr reden bringet nutz
es kompt der lästerung zum schutz
weil es sind böse zeiten
Wir werden verleumbdet/verachtet/geschwächt
Vnd holen bey Euren Gelehrten das Recht.
14. Ihr thut recht gute Wercke
Die Gott selber haben wil
Denn Gott hält der Ehren Ziel
Ist der verschmächten Stärcke:
Schützer der Ehren ist Gottes Gesell
Dir wird nichts mangeln/Gott hälst[?] du die Stell.

M. Gottfridus Graß
Vrat. Sil.



Σὺν τῷ Θεῷ.

Procœmium.

DIsquisituris in præsentiarum de Fama Publica considerandà nobis veniunt *Nominis Definitio*, *Definitio Rei*, *Illius Divisio*, *Causa Efficiens*, *Materia*, *Forma*, *Finis*, *Effectus*, *Adfinia*, *Contraria*. Juva JOVA absolvere cæptum FELICITER!

Th. 1. Cùm monitu *Ulpiani in l. juri operam* 1. *D. de Just. & Jur.* operam famæ daturos nosse priùs nos oporteat, undè famæ descendat nomen, meritò auspicabimur dissertationem nostram ab ejus *Definitione*, *Etymologià videl. Homonymià & Synonymià*.

Th. 2. *Ad Etymologiam* quod spectat, quamvis non pauci inter Veteres famæ vocabulum græcum velint & derivent à verbo φημὶ, quod idem ac *loquor*, *ajo*, *inquam vel dico* significat & ita *sermo*, *locutio vel rumor*, Φήμη, Φῆμις vel Φημὸς græcè nuncupatur; Quarè etiam *Laurent. Valla lib. 4. c. 7.* rumorem & famam idem esse asserit, nec inter se differre pronunciat, nisi quod rumor latinum, græcum verò vocabulum sit fama, *Joan. Calvin. in Lex. Jur. ad vocabul. fama, pag. m. 361. Marquard. Freber. lib. 1. de fama publ. cap. 1. num. 4.* Malè tamen, cùm maximoperè inter se differant, uti *ex th. 88. infr.* patebit. Nobis de-

rivari rectiùs videtur fama à fari, antiqui verbi, gerundio fando sequendo communem *Dd.* opinionem,(quæ in his, qui expresſè in jure deciſi non reperinntur caſus, legis vicem ac robur obtinet. Ita enim de ea ejusq; vi & efficacia *Marq. Freb. diſſerit in lib. 2. de fama p.c.fin. n.2. Ubi textus legum vel vivæ rationes non ſuppetunt; ſcribentium conſulentiumq́. ſuffragiis & opinionum frequentiâ pugnari ſolet; item n. 17. ibid. Communis Dd. opinio in Caſibus à jure indeciſis omninò valet.*) Sentientes nobiſcum *vid. Hug. ſuper verſ. famulor. Barthol. ad l. de minore* 10. §. *plurimum* 5. *D de quæſt. Capell. Tholoſ. quæſt. 380. n. 3. Marq. Freb. lib.*1. *de f. p. c.*1. *n.*1. ubi *Feſti, Pompeji & Varronis* allegat Auctoritatem.

Th.3. Offert ſeſe conſideratâ famæ Etymologiâ ipſius *Homonymia*, à qua ut liberetur quoq;, eam adponere hîc animus eſt, nam

Errorum Genetrix eſt Æquivocatio ſemper;
Sumitur autem fama variis & quidem quinq; modis.

Th.4. *Primò* pro communi accipitur opinione, manifeſtatâ voce & ex ſuſpicione proveniente, de qua conſcripta Diſſertatio hæc eſt, *Vid. Barthol. ad l. in minore* 10. §. *plurimum* 5. *D. de quæſt. Freb. itidem lib.*1. *de f. p. c.*1. *n.*2. & fama inter homines apud *Joſeph. Maſcard. de probat. vol.*2. *concl* 748. *n.* 4. reperitur appellitata.

Th.5. *Secundò* denotat famam hominis bonam, quæ Exiſtmatio aliàs vocatur. *Freb. lib* 2. *de f. p. cap.* 10. *n.* 1. & definitur ſtatus illæſæ dignitatis &c. *per l. cognitionum* 5. § *exiſtimatio* 1. *D. de extraord. cognit.*

Th.6. *Tertiò* per eam indigitatur Gloria, quæ pluris quàm fama æſtimatur. *Freb.* namq; bonam famam illâ, quam Gloriam nuncupat, mediocriorem eſſe refert

lib, 2.

lib 1. de f. p. c. 10. num. 1. & hinc à *Cicerone* frequeus definitur fama cum laude, quæ per multa eaq; magna merita adquiritur, *eodem teste pro Marcello*, & egregiorum factorum rerumq; præclarè gestarum præmium habetur, *Freb. lib. 2. de f. p. c. 9. n. 11.*

— — — sed famam extendere factis
Hoc Virtutis opus &c.

Virgil. Fama autem hominis vel Existimatio quoddam duntaxat de alicujus integritate, probitate & innocentia judicium definitur *à Freb. lib. 2. de Existimatione, c. 1. n. 3.*

Th. 7. *Quartò* accipi solet pro laude alicujus & celebritate; *Virgilius* siquidem *Æneæ* laudem famæ vocabulo exprimit canens:

Sum pius Æneas, *famâ super æthera notus,*

id est: *celebris*, & simili modo *Scipionum* famam, famam *Camilli* accipi patet.

Th. 8. *Quintò & ultimò* mala fama vel infamiâ per eam intelligitur. *Vid. Freb. lib. 2. de f. p. c. 10. n. 7. lib. 1. de Gloria c. 1. n. 5.* ubi *Terentÿ* verba *in Adelphis act. 2. scen. 3. vers. penult.* adducit:

Maledicta, famam, meum amorem & peccatum
in se transtulit.

Vergilÿ itidem lib. 4. Æneid.

— — Nec enim specie famâve movetur.

& ejusdem eod. lib.

Fama malum, quo non aliud velocius ullum.

Unde libelli, quibus alter alterius existimationem lædere cogitat, famosi appellitantur.

Th. 9. Homonymiam sequitur *Synonymia*. Famæ itaq; in prima significatione *th. superiùs 4.* consideratæ Syno-

nyma ſunt 1. Opinio publica, *Freb. lib. 1. de ſ. p. c. ult. n 2.* quæ ibi etiam fama vulgi dicitur. 2. Veritas. 3. Credulitas. Citatus modò namq; *Freb. alleg. lib. de ſ. p. & c n. 7. circa fin.* Veritatem, Credulitatem, Famam & Communem Opinionem pro Synonymis reputat *cum Dd. ad l. barbarius 3. D. de offic. prat.* ibidem quoq; pro veritate haberi opinionem communem adſtruit *ſeq. n. 9. & n. 10.* expreſsis verbis præſumptam nuncupat Veritatem. 4. Opinio generalis, *Vid. Matth. de afflictis deciſ. 277. n. 2.*

Th. 10. Quod verò attinet famam, quæ θ. 5. hominis fama fuit appellata, & *in θ. 16. & ſeq.* (Diviſionem quæ continent) inferiùs paulò quadantenùs pertractabitur, ſuis ea etiam conſtat *ſynonymis*, quorum alterum reperitur *in c. ſacerdos 9. 1. q. 2. circa fin.* & Gloria dictum eſt. Ita *ab Auguſtin. lib de Definitionib.* Gloria frequens de aliquo fama definitur cum laude. Ut & *Cicerone pro Marcello* Gloria eſt illuſtris & pervagata multorum atque magnorum vel in ſuos cives vel in patriam vel in omne genus hominum fama meritorum; Alterum Exiſtimatio nuncupatur *tam de J. Civ. quam Canon. Quoad illud* reperitur *text. in l. cognitionum numerus 5. §. exiſtimatio 1. D. de extraord. cognit. Quoad hoc in c. non ſunt audiendi 56 11. q. 3. In Jure Divino* appellatur bonum nomen *à Salomone, Prov. videl. c. 22. v. 1. item Eccleſ. c. 7. v. 2.* & *Cicero lib. 3. Offic.* iisdem ferè verbis uſus boni viri nomen famam pronunciat. Alibi optimum nuncupat eam ſermonem, dicens: Danda eſt diligenter opera, ut hominum aures optimo de nobis ſermone compleantur.

Th. 11. Definitionem nominis excipit rei Definitio. Placet autem ſequens: *Fama eſt communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proveniens.*

Th. 12. Quæ & *Bartholi est ad l. de minore 10. § plurimum 5. D. de quæstion.* eamq; *Capell. Tholos. approbat in decisione quæst. 380. n.* 1. eadem Definitionis verba retinens. Et licèt inter varias *Freberus* Definitiones, quas recenset *lib.1.de f.p. c.1. n. 2. Thomæ* tanquam clariorem probet & amplectatur, Utriusq; tamen idem est sensus, imò & nostra magis veras definitionum sequi leges videtur, Ita enim d. *Thom.* Fama est, quod homines alicujus Civitatis, castri, villæ, viciniæ, contradæ sive regionis communiter opinantur æstimant vel sentiunt, verbis palàm asserendo.

Th. 13. Genus rectè constituitur *Communis Opinio*; singularem namq; rejicimus *l. cum quidam 3. § quod dicitur 3. D. de adquir. hered. l. Labeo 7. §. Servius 2. D. de suppel. leg.* Nec malè subjiciuntur verba: *Voce manifestata;* Famam quandoquidem à Genere suo, communi nempè opinione, distingvunt. Cum enim quid usu, ceu *in d. l. Labeo 7 §. Servius 2. D. de suppel. leg.* vel rebus ipsis & factis *l. de quibus 32. §. inveterata 1. D. de ll.* manifestatur, communis opinio, non fama, dicitur. Ultima quoq; Definitionis verba: *ex suspicione proveniens:* famæ differentiam à notorio vel manifesto expresse demonstrant. Nam si non ex suspicione quid proveniat, sed certum sit, visum à populo, manifestum id est vel notorium, non fama. *Barthol. ad. l de minore 10. § plurimum 5. D. de quæst. Capell. Tholos. quæst. 380. num. 2. & 3.*

Th. 14. Dictum in *θ. anteced. 13.* fuit, Voce manifestari communem opinionem, sin fama appellari mereatur, oportere. Hoc inter alia probat famæ Etymologia. Nam à fando derivatur per ea, quæ *in θ. 2.* supe-

riùs licet reperire, ideoq; vox vel locutio ut accedat, maximè erit necessum. Hinc quando opinio communis, fama, existimatio, opinio publica pro Synonymis reputantur, de quibus *supr. in θ. 9. & 10.* tunc demum ea procedunt omnia, cùm manifestantur voce. *Capell. Tholos. q. 380. n. 14.*

Th. 15. Hisce jam prælibatis ad famæ devenientes *divisionem*, dividimus eam cum *Barthol. in l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæst. Bened. de Benedictis de Capra tr. notorij n. 22. pag. m. 76. Capell. Tholos. q. 380. ab in. ut & Joseph. Masc. vol. 2. de prob. concl. 748. n. 1.* in Famam hominis sivè de homine & inter homines.

Th. 16. Fama hominis vel pro Infamia accipitur, *vid. θ. 8. supr. & ibi alleg.* de qua tamen agere propositum non est; vel usurpatur pro fama hominis bona, de qua in θ. 5. superiùs. Hanc pertractare etiamsi non sit animus; attingere tamen extremis eam, quod dicitur, digitis nostro instituto inconveniens penitùs non erit.

Th. 17. Definitur autem hominis fama *illæsæ status dignitatis l. cognitionum 5. §. existimatio 1. D. de extr. cognit.* quæ omnem excludit delicti præsumptionem, *Freb. lib. 2. de f. p. c. 18. n. 19. Prosp. Farinac. lib. 1. cons. 10. n. 37. & 52. cons. 22. n. 32. & cons. 79. n. 22. Joseph. Mascard. vol. 2. de probat. concl. 748. n. 3.* Contra honestam namq; personam cum agitur, probationum fides multum debilitatur, *Aymon Cravett. in cons. 73. n. 22.* bona vox, fama conditio inquisiti multum agit ad excludendam delicti præsumptionem, *Id. in cons. 244. num. 6. Baldi* sententiam & auctoritatem allegans *ad l. quotiens 9. §. sed si non in corpore 2. D. de hered. instit.* & ad *l. si quis 2. Cod. de fals. monet.*

Th. 18.

Th. 18. Hæc hominis fama, quæ etiam bonum nomen dicitur *Mascard. vol. 2. de prob. concl. 748. n. 3.* cum, sicuti jam §. *antec.* probatum satis est, delicti liquefaciat præsumptionem, indiget tamen interdum suâ probatione *Dec. in c. Ex Epistolæ 1. X. de prob. n. 20.* & *Felin. in c. cum in jure 31. X. de off. & pot. jud. deleg. n. 1.* ubi ita disserit. *Non tenetur quis parere mandato adserentis se legitum, nisi probet* & pergit: *Habes limitationem ad Regulam, quæ dicit, quod quilibet præsumitur bonus, verùm nisi agatur de præjudicio alterius.* Hinc bonitatem suam allegant, cum tertij intersit, incumbere, ut eam probet, nostrûm quis dubitabit?

Th. 19. *Dupliciter* verò probatur, vel 1. *per Testes*, deponentes, bonæ existimationis quem esse, cùm talem experti eum fuerint, *Prosp. Farin. lib. 1. de Indic. tit. 5. quæst. 47. n. 312.* vel 2. *per Propinquorum Juramentum & Testimonium* ob rationes, quas adducunt suis locis *citati à Marqv. Freb. Auctores n. 13. 14. 15. c. 10. lib. 2. de fam. publ.*

Th. 20. Dictum paucissimis est de modis famam hominis probandi. An autem, probatione factâ, prævaleat bona vel mala? breviter videndum. Concludimus itaq;: cum fama bona naturæ conveniat; (innata siquidem ea & continuata est ex origine atq; habitudine naturæ, juxta *Bald. ad c. in nostra 32. X. de Testib* & est amica ac consona naturæ *Cravett. cons. 151 n. 19. in fin.* Quilibet namq; naturaliter bonus est, secundum *Mascardi vol. 2. de probat. conclus. 1005. verba num. 2. &* bona fama præsumitur, non mala, *Francisc. Viv. lib. 3. decis. 482. num. 8. in pr.*) mala autem sit saltêm accidentalis, bonæ famæ magis quòd credatur probatæ quàm malæ. *Vid. Freb. lib.*

lib. 2. de f. p. c. 10. n. 30. Prosp. Farin. lib. 1. de Indic. tit. 5. q. 47. n. 277. 284.

Th. 21. Quæ assertio nostra locum omninò habet, nisi specialiter mala fama fuerit probata contra bonam famam probatam in genere. In specie enim probationes præferuntur probationibus in genere, *Innocent. ad c. auditis* & *intellectis 15 X. de præscr.* & *Alex. cons. 77. vers. nec prædictis in aliquo, vol. 1. per l. in toto jure 80. D. de reg. jur. l. servis 99 §. si alij 5. fin. D. de leg. 1 & fid. 111. l. sanctio legum 41. D. de pœnis, & per r. Generi 34 X. de reg. jur. in sexto.* Auctoritates vid. alleg. antea *Innoc. ad. cit. ibi. c. auditis & intellectis 15. X. de præscr. Bald. ad l. sive possidetis 16. Cod. de probat. Alex. cons. 77. vers. nec prædictis in aliquo, vol.* 1. *Freb. lib. 2. de f. p. c. 10. n. 32. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 5. de. Indic. q. 47. n. 187. & lib. 1. decis. 77. n. 4. nec non lib. 3. consil. 23. num. ult. consil. 43. n. fin. cons. 43. n. 6. cons. 50. n. 50. 51. cons. 55. n. 58. ut & cons. 56. n. 25.*

Th. 22. Dividebatur Fama in *θ. supr. 15* in famam hominis & famam inter homines. De illa breviter egimus hucusq; ; Hanc verò iterum dispescimus in famam, quæ unum hominem vel bonum vel malum prædicat, puta furem &c: *l. capitalium 28. §. famosos latrones 15. D. de pœnis. l. non omnes 5. §. à barbaris 6. D. de re milit. l. de minore 10. § plurimum 5. D. de quæst.* & in famam, quæ rem aperit vel aliquod factum, *l. testium fides 3. §. ejusdem quoq; 2. D. de Testib.* Vid. *Barthol. ad l. cit. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæst. Capell. Tholos. q. 380. in pr. Joseph. Miscard. vol. 2. de probat. concl. 748. n. 4.*

Th. 23. Famam de facto consideraturos discernere eam nos oportet triplici modo cum Auctoribus ad calcem *hujus θ.* allegatis. Sumitur autem *primò* pro vana vulgi

vulgi voce ac rumore, nullas probabiles causas, rationes, originem vel conjecturas habente, quæ audienda non est per *l. Decurionum filij* 12. §. *cumq; à populo* 1. *Cod. de pœnis. Deinde* accipitur pro ea, originem quidem quæ traxit non verò â personis honestis, sed malitiosis ex arte aliqua dolosa ac malitiosa ejus, cujus interfuit, in viciniam sparsa, quam non solùm insuper habendam, sed etiam tanquàm dolosam atq; ad fraudandum homines & decipiendum inventam puniendam existimamus. *Ultimam considerationem* θ.34. 39. *in fin.* & 40. *infrà* suppeditabunt. Vid. *Barthol. ad l. de minore* 10. §. *plurimum* 5. *D. de quæst. Capell. Tholos. q.* 380. *n.* 13. *Freh. lib.* 1. *de f. p. cap.* 3. *n.* 17. *Mascard. vol.* 2. *de prob. concl.* 748. *n.* 5. 6. 7. 8. & 9.

Th. 24. Cùm consideratâ Divisione per *Caussas* famam agnoscere methodi nostræ exigat ratio, *Efficiens* primum sibi vendicat locum; Ideoq; de Origine Famæ videndum, quòd Efficiens definitur Caussa, â qua res est; item, â qua aliquid fit, secundum communem Philosophorum opinionem.

Th. 25. Ortus autem famæ cum varij sint, variam quoq; constituunt caussam Efficientem.

Th. 26. Oritur enim 1. vel â personis, quarum altera alteri vel pluribus & istæ iterùm sequentibus rem visam vel auditam enarrant, eaq; res in vulgus ita dimânat & magis magisq; passim pervulgatur. Harum qvalitatem & numerum vid. *infr.* θ. 34. 43. & 46.

Th. 27. Vel 2. originem trahit â sola suspicione ex actibus antecedentibus collectâ. Actibus enim ex præcedentibus, quorum nonnulli *in l. si quis* 3. *D. ad SCtum. Maced.* referuntur, idonea sumuntur indicia ad

famam, cùm populus ex illis conjicit, quòd fuerit homo sui jusis, qui contraxisse & muneribus præfuisse pronunciatur. *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion. Capell. Tholos. q. 380. n. 7.* Simili modo, ut loquitur *Hipp. Riminald. vol. 1. cons. 88. si quis alteri fer-*
„ *ro minitatus fuerit capitales forte propter inimicitias tunc*
„ *occiso altero ille istius criminis prædicatur publicè reus;*
„ *Marqvard. itidem Freh.* tale exemplum refert: *Si homo*
„ *malæ frugi & assuetus furari notam habuerit domum & ex-*
„ *ploratam in qua factum est furtum, quo facto illum fama*
„ *furti arguit: lib. 1. de f. p. c. 3. n. 14.*

Th. 28. Vel etiam 3. nascitur ab ipso aliquo actu, seu facto, de quo verba *Freberi lib. 1. de f. p. c. 3. n. 13. ex Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion.* item *Capell. Tholos. q. 380. num. 4. & 5.* hæc apponere lubet: *Si*
„ *furem inventum in domo fugavit Dominus & famulus a-*
„ *triensis vel mediastinus, aut si quis est vilior, per vicum inse-*
„ *qvutus clamavit: Tenete furem obvij vel: quò nunc se pro-*
„ *ripit ille? vel quid simile, quod reddit furem manifestarium,*
„ *ex isto actu,* (fugæ nr: & inseqvutionis) *oritur fama in ci-*
„ *vitate, quod talis fecerit furtum.* Vid. *l. capite quinto 25. D. ad l. Iul. de Adulter.* Ex eo enim, quòd deprehensus quis fuerit in Adulterio, subjicit *Barthol. ad l. supr. cit. &* post eum *alleg. quoq; Capell. Tholos. d. q. n. 5.* insurgit fama in civitate, quòd talis iverit ad adulterandum.

Th. 29. Vel 4. oboritur ex postfacto, si fortè res furto subtractæ apud aliquem reperiantur, tunc, cùm præsumptio non mediocris fiat contra eum, per famam Reus efficitur ipsius furti, donec alium à quo acceperit, nominet, vel exhibeat arg. *l. civile est, 5. Cod. de furt. & serv. corrupt.*

 Th.

Th.30. *Circumstantias*, quæ circa originem famæ observari solent, subjicere nunc necessitas earum postulat. *Duas* autem adducimus: *Tempus* unam, alteram *Locus* constituit. De tempore notandum, quòd famam, ut probet & effectum suum sortiatur, ortam esse oporteat tempore commissi maleficij, vel post illud in continenti; non verò ex intervallo *per cit. Auctores à Prosp. Farin. lib.* 1. *tit.* 5. *de Indic. q.* 47. *n.* 177. nisi superveniant, â quibus traxit originem fama, caussę post delictum. Vid. *Idem cit. lib. tit. & q. n.* 178. *in fin.*

Th.31. Ad locum quod spectat, per eum non intelligimus talem, quem in ipsa civitate vel vicinia, ubi fama exoritur, plateam puta, vicum, domum vel prædium, reperire licet, cùm ejusmodi locus de necessitate non requiratur juxta *Bartholi* mentem *ad l. de minore* 10. §. *plurimum* 5. *D. de quæstion.* Hæc enim ipsius sunt verba: *Breviter, mihi videtur, quòd fama non requirat locum de necessitate. Nam illud, quod dixi suprà de fama quòd fama sit communis opinio, debet intelligi communis opinio scil. eorum, qui hoc scire debent, ad quos spectat de hoc scire. Ubicunq; reperies locum, ibi non ponitur locus, ut significet locum, sed ut significet universitatem, quæ moratur in loco.* Confirmat autem suam sententiam exemplo: quòd nimirùm fama esse possit de furto alicujus libri, quod commissum fuisset â studioso commorante in Universitate, & probat exindè: Adesse quidem ibi famam de furto, locum verò deesse, cum Universitas certum locum non habeat *per l. vulgaris est quæstio* 21. *D. de furt. verba initialia*, quæ locum non requiri de necessitate satis innuunt. Verba enim hæc: *Vulgaris est quæstio*, ita JCti interpretantur: *Communiter inter Sapientes, Doctores,*

Jurisperitos queritur. Hanc Interpretationem corroborat Glossa *in l. inter omnes convenit* 12. *D. qui satisd. cogantur*, quæ inter omnes, JCtos videl. hâc super re interrogatos convenire ita asserit. Locum præterea necessariò non attendi patet affatim *ex cit. à Bartbol. ad d. l. & §. Auth Hodiè, Cod. de repud. Novell.* 117. *c. quod autem* 11. *vers. si qua. l. miles* 11. §. *mulier* 12. *D. ad l. Jul. de Adulter.* Sufficit enim secundum hos textus, quòd Uxor, Maritum mortuum esse, á numeri chartularijs, in quo maritus militavit, vel Decurione cum Jurejurando deponente audierit: Nec mentio fit loci, tanquam requisiti ad famam necessarij. Vid. *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 749. n. 22. in fin.*

Th. 32. Jam ad *Materiam* flectentes duplicem eam constituimus, *Materiam videl. in qua seu Subjectum*, & *Materiam circa quam, Objectum scilic. Subjectum* sunt personæ, non solùm verò efficientes famam, *supr. in θ. 26.* sed etiam ortam ab alijs indicentes & hæ apud Jctos communiter Testium nomine veniunt. Deponentes enim de fama publica testari eamq; probare tenentur, cùm aliàs ad rumoris instar & famæ nudæ non ponitur inter genera probationum & effectu suo sic destituitur fama publica æq; ac hominis fama, *supr. θ. 18.* Cum verò mentio facta jam sit eorum, â quibus oritur fama, *supr. in θ.* 26. & fiat adhuc *inferiùs in θ.* ubi de numero & qualitate ipsorum tractamus, *34. 43. 46. & 47.* nec non meminisse animus sit de his, â quibus probari famam oporteat, *in θ. 41. & 42. inferiùs* & numerum & qualitatem Testium continentibus, crambem ergò nè biscoctam apponere videamur, de subjecto famæ vel Materia in qua dicta hic sufficiant.

Th. 33.

Th. 33. *Materia circa quam seu Objectum* versatur circa ea, quæ posuimus *in θ.61. inferiùs usq; ad θ 75.* nimirum vel circa facta antiqua *l. in summa 2. §. idem Labeo 8. D. de aqv. & aquæpluv. arc.* vel circa res dubias *c. illud quoq; 11. X. de præsumpt.* vel occultas *c. per tuas 10. X. de probat. c. literis 12. X. de præsumpt.*

Th. 34. Ad *Formam* nunc devenimus, cujus requisita adponere erit necesse, cum Essentiam famæ constituant *Prosp. Farinac. lib. 1. tit 5. de Indic. quæst. 47. n. 151. & n. 159.* & requisita referantur ad formam in Jure sæpiùs, *Petr. Wesemb. ad l. Regula 1. num. 20. D. de reg. jur.* Requiritur itaq; 1. sin effectum famam sortiri volumus, ut personæ, à quibus oritur fama, honestæ sint ac fidedignæ *arg. c. qualiter & quando 24. X. de Accusat. Ordin. crim. Caroli V. Imp. art. 25.* doch soll solcher böser leumuth nicht von feinden oder leichtfertigen leüten/ sondern von Unpartheylichen redlichen leüten kommen/ *Bart. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæst. Capell. Tholos. q. 380. n. 3. Freb. lib. 1. de f. p. c. 3. n. 7. Mascard. vol. 2. de prob. concl. 749. n. 18. Farinac. lib. 1. cons. 78. n. 36. vers. cum certissimi.* Nisi de re turpi agatur, tunc enim fama ortum trahens â turpibus personis contemnenda non est, ceu *Macsard. refert in cit. lib. concl. & n. n. seq. exemplum subjiciens: si viddraw. de commissa re in lupanari agatur, quòd fama oriri possit â Meretricibus & Lenonibus, cùm de rebus vilibus & turpibus* inter personas honestas & graves non sit sermo, *Lud. Gilbaus. arb. judic. crim. part. 5. cap. 6. n. 117. Vid. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 160.* idem asserentem ubi *Salyceti & Mascardi* exempla repetit. *Freb. lib. 1. de f. p. c. 3. n. 9. & cit. ib. Roland. â Valle cons. 3. l. 3. n. 5.* hoc etiam nos docent, cum vid. secundum *Salyceti* verba, aliter

 quàm

quàm per famam, quæ viget inter scurras & nebulones, falsis taxillis aleatorem improbum pecuniâme emunxisse non possim probare. Adeò, ut ex ejusmodi fama non tamen sola, sed initium habente ex probabilibus causis vel alijs adminiculis concurrentibus indicium pro ratione circumstantiarum, vel ad inquisitionem vel etiam ad torturam oriri possit. *Job. Zang. tr. de quæstion. seu torturis Reor. cap. 2. n. 83.*

Th. 35. Honestas & fidedignas requirunt jura personas, ceu in *th. antec. ab in.* deductum modò hoc est; Rejicimus ergò *primùm* viles & infamiâ notatas. *Ordin. enim Crim. d. art. 25. l. Testium fides 3. ferè ab initio ejusdemq; §. lege Juliâ 5. D. de Testib.* omnem fidem personis reprehensibilibus & laborantibus infamiâ vitæ denegant. Secùs autem sese res habet in casibus th. anteced. expressis.

Th. 36. *Secundò* infestas illis, contra quas fama allegatur, *l. in criminalibus 1. §. præterea 24. D. de quæst.* ibi enim inimicorum quæstionibus, cùm mentiantur facilè, fides derogatur; *arg. autem l. testium fides 3. in fin pr. D. de Testib.* Testimonium, quod inimicitiæ caret suspicione, admittitur. *c. accusatores 2. c. accusatoribus 3. c. suspectos aut inimicos 4. 3. q. 5. Ordin. Crim. d. loco in verbo* Nicht von Feinden. *Prosp. Farin. lib. 1. cons. 80. n. 54.* qui famam ab inimicis ortam ceu vanam populi vocem ducit rejiciendam. Quô & *Plautus tendit in Persa suo act. 3. scen. 1. vers. 24.* dum Inimicorum ita meminit:

Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt.

Th. 37. *Tertiò* mercede vel præmio corruptas, aut compendium inde sperantes; *L. siquidem sæpiùs alleg.*

Testium

Testium fides 3. in pr. & §. d. l. lege juliâ 5. D. de Testibus, personis, quæ egestate premuntur & lucri causâ facilè aliquid admittunt, denegant fidem. *Ordin. Crim. loc. d. in verb.* von unpartheilichen Leuten.

Th. 38. Parentes *quartò* Fratres vel Liberos, cùm illi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sint, *l. parentes 6. Cod. de Testib.* quia veritatem adfectibus suis indulgentes nimiùm celare potiùs quàm detegere præsumuntur. *Aymon Cravett. in cons. 41 n. 2. circa finem*, rejiciens famam â personis conjunctis iisdem, quos de qua fama est, res tangit aliquo modo vel afficit, coortam easq; personas suspectas pronuncians.

Th. 39. Quemadmodum denegamus famæ effectum, quæ vel ab agnatis, de qua *θ. concepta praeced.* vel â corruptis præmio, *θ. 37.* vel ab inimicis, *θ. 36.* vel denique â malevolis ac levibus ortum traxit hominibus, *θ. 25.* præter exceptos *in θ. 34.* casus; Ita etiam & quidem multò magis famam *quintò* removemus, cujus nulla penitùs scitur Origo, quæq; pro futili vanoq; habenda rumore & idcircò â judice tanquàm vana populi vox est rejicienda, *arg. l. Decurionum 12. §. cumq; 1. Cod. de pæn.* Hisce de omnibus Vid. præ cæteris *Ernest. Cothman. vol. 1. Resp. 12. n. 167. & seqq.* qui decem famæ requisita *ex ll. & Dd.* collecta refert. *Marqv. Freb. lib. 1. de f. p. c. 3. ferè per tot. Bartholi* qui seqvutus sententiam est ad *l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion.* Adjecta tamen apud *Freb. in cit. lib. & cap. n. ult. verbis initial.* hæc reperitur limitatio, nisi ejusmodi fama, cujus videl. plane ignoratur origo, probata sit plùs quàm per decem Testes, cùm numerus Testium *arg. l. testium fides §. ejus-*

dem

dem quoq; 2. D. de Testib. rei, de qua quæritur, confirmet fidem.

Th. 40. 2. Ut probetur fama necesse est secundum sententiam omnium Jureperitorum; Ita, ut Judici asserenti in libello Inquisitionis famam publicam præcessisse non credatur, nec fama probata videatur. *Vid. Jul. Clar. Sent. lib. 5. §. fin. Pract. crim. q. 6. n. 19. & q. 31. n. 10.* Probatur autem dupliciter; vel per Testes, quos Vivam Vocem; vel per Instrumenta antiqua, quæ Vocem Mortuam nuncupat *Felin. in comment. suo ad c. cùm causam 13. X. de probat n. 4. & 9. Vid. Freb. lib. 1. de f. p c. 5. n. 2.* & præprimis *Aym. Cravett. in cons. 54 n. 10.* Ibi enim secutus *Baldum, Salyc. & Paul. Castr. ad l. cùm aliquis 21. C. de Jur. Delib.* Instrumenta de antiquo vim etiam habere probandi famam, expressè tradit, nec non sententiam hanc suam tuetur quoq; *in cons. 258. n. 17. verbis init.* dicens: *Et cùm appareant hic producta plura Instru-*

" *menta antiqua, illa probant famam, seu vim habent pro-*

" *bationis famæ.*

Th. 41. Cùm per Testes, minus namq; dubij hoc habet, fama omninò probetur, Eorum meritò numerus, qualitates & cætera requisita alia offerunt sese nobis hic consideranda; De numero autem illorum non convenit *inter Dd. In Gloss. enim ad l. Testium fides 3. §. ejusdem quoq; 2. D. de Testibus* statuitur, probari famam per duos testes, majorem populi partem ita sentire jurantes. Ubi enim numerus testium non adjicitur, duo sufficiunt, *l. ubi numerus 12. D. de Testib.* Dualem quoq; pro plurali, si numerus expressè adjectus non sit, sufficere *Javolenus in l. inter illam 217. §. item ita, 1. D. de Verb. sign.* docet. Adsertionem hanc approbant *Barthol. ad l.*

de

de minore 10. §. *plurimum* 5. *D. de quæstion. Capell. Tholos.* *q.380.n.8. Joseph Mascard. vol.2. de probat. concl.749.n.1. Marq. Freb.lib.1.def.p.c.5.n.10 Lud.Gilb.in arb.judic.part.* 1.*c.6. §.263. & eod. cap.part.2.art.2.n.157. Jul. Clar. Sent. lib.* 5. §. *fin.pract.crim. quæst.6. n.* 12. Quibus nos quoq; calculum nostrum adjicere non dubitamus. Alijs plures, ut probent famam, testes requiri quàm duos adserere placet, cùm videl. per Statuti formam plures requirantur, prout *Philipp. Cornel. vol 2. cons.232.* Statuti meminit Urbini, quod Italiæ oppidum est, observati, ubi quam esse meretricem non minus quàm per decem testes deponentes de fama oportuit probari.

Th.42. De qualitatibus Testium nonnihil acturis delectus testium omninò habendus est, cùm non quilibet, viles videl. ad probandam famam admittantur, sed testium saltem, qui ipsi sunt bonæ famæ seu existimationis, valeat de fama depositio, secundum *à Freb. citat. in lib.* 1. *def. p. c.5.n.6. & 7. plures Auctores.* Vid. *Rütger. Rulant in tr. de commissar. & commiss. part.4. lib.3. de Interrogator. cap. 4. n.3.*

Th.43. Reliqua Testium requisita sunt 1. ut deponant, quòd audiverint dicta à majore parte populi. Tot enim homines, quot majorem Civitatis, Villæ, Castri vel Viciniæ, ubi alitur fama, partem constituunt, requirit *Barthol. ad l. de minore* 10. §. *plurimum* 5. *D. de quæst.* opinionem ibi rejiciens eorum, qui nullo considerato numero incolarum alicujus loci decem vel viginti sufficere malè concludunt. Hanc *Barthol.* sententiam approbat præ cæteris *in lib.* 1. *def. p. c. 6. n.* 15. 17. & 18. *Freb; numeris verò seqq.* insigniter reprobans Testes *primò indefinitè* deponentes, videl. in hunc modum: *se au-*

D *divisse*

divisse à civibus, vicinis, incolis vel circumhabitantibus. Licet etenim in plurali numero loquantur, minimè tamen plerosq; semper intelligere possunt, cùm secundum *l. ubi numerus* 12. *D. de Testib.* pluralis elocutio etjam duorum numero contenta sit. Idem colligere est ex *l. inter illam* 217 §. *item ita* 1. *D. de Verb. sign. Secundò deponentes, quòd à multis audiverint.* Multi enim necessario majorem partem non constituunt, cùm in §. *in servorum* 5. *Inst. de Jur. pers.* vocabuli multum acceptio in duali tantùm usurpetur; Ita etiam in plurali usurpat vocabulum hoc *Ulp. in l. cum aliter.* §. *hoc rescriptum* 29. *D. ad SCtum Silan.* & tria duntaxat eo indigitat, ut & *in l. licèt Imperator* 74. *D. de legat. & fid.* 1. *Vid ibidem not. Godofred. sub lit. A. Tertiò deponentes, se à pluribus audiisse.* Plures enim quatuor fortè non autem majorem populi partem significare ICti apud *Freh. d. lib. & cap. n.* 20. allegati docent. *Quartò deponentes, omnes sentire ita quòd audiverint.* Nunquam enim ad unum omnes & sic totum populum de uno loqui solere *Freh refert cit. loco n* 22; Ideoq; ita deponentes Testes, cùm mendacij criminis accusandi sint, rejiciendos potiùs quàm audiendos esse asserere placet. Vocabulum præterea *omnes* restrictivam quandoq; accipit interpretationem, ita ut plerosq; & præcipuos modò significet. Exemplum præbet *l. si quando* 17. §. *cum in domo* 1. *D. si serv. vendic.* Ibi enim omnes JCtos *Annio* consilium dedisse legimus, cùm tamen non omnes sed clariores saltèm & peritiores consuluisse *Annium* nemo inficias iverit unquam. Similiter hoc vocabulum intelligunt Interpretes Juris *in* §. *mortis causâ* 1. *Inst. de Donation.* item *in l. per omnia* 1. *D. de leg. & fideic.* 1. *Quintò deponentes,*

tes, se publicè audivisse, voculam nimirum publicè vel ita accipientes, uti *in l. veteris juris ult. vers. sin autem C. Arbitr. tutel.* sumitur, ubi hæc habentur verba: *Inventario publicè facto*, id est, facto coram personis publicis, item in *l. qui*, 115.. §. *in publicum* 6. *D. de serv. fugitiv.* ubi publici significatus *ejusdem* §. *verbis ipsis* sat exprimitur; vel usurpantes personaliter, quemadmodum etiam *in Jure Civ.* accipitur, videl. *in l. hunc titulum* 1. §. *initium* 3. *vers pueritiam D. de postul.* *Nerva* enim publicè de jure responsitasse ibi dicitur, id est coram populo, in facie populi. Sic defendit *Bartholum Freb. in supr. cit. lib.* 1. *def. p. c. 6. n. 27 & 29.* Limitamus autem quintam hanc nostram Testium rejectionem, quod nimirum valeant deponentium de fama testimonia, etiamsi publicè se audivisse dixerint solùm, cùm vocabuli publicè acceptionem ita exauditam velint, ceu *in l. si quis 3. D. ad SCtum Maced. & in* §. *publica autem 1. Inst. de publ. jud.* sumitur, propriè nimir. voculam publicè intelligentes. Publicum namq; est, quod non est privati alicujus, sed totius populi commune, quasi populicum. Ultimò hinc indè concludimus, quòd aliàs summatim Testem deponere ita oporteat: *A majore populi parte publicè dici audivisse.* Vid. præ cæteris ad præcedd: *Lud. Gilhaus. in arb. Judic. part. 1. c. 6.* §. *263. Jul. Clar. Sent. lib. 5.* §. *fin. Pract. crim. quæst. 6. n. 14.*

Th. 44. Requirunt quidem hic nonnulli etiam, ut incumbat Testi orationi suæ, quòd audiverit videl. publicè dici à majore parte populi, verba hæc: *ita sentiente*: superaddere. Verùm cùm neuter præsumatur, quæ priùs non agitasset in mente, dicere ea per *l. Labeo ait 7.* §. *servius 2. verba: equidem non arbitror & t. D. de sup-*

 pel.

pel. legat. Barthol. ad l. de minore 10. *§. plurimum* 5. *D. de quæstion Capell. Tholos. q. 380. n. 9;* verba hæc tanquam necessaria nequaquam à Teste requirimus, neq; in ciàs imus adjici ea nonnunquam & quidem ex superfluo.

Th. 45. 2. itaq; est Requisitum, ut Testis *locum*, ubi hoc audiverit dici, significet. Omittens enim locum, ubi alitur fama, necessariò Testis non concludit, *Barthol. ad l. de minore* 10. §. *plur.* 5. *D de quæst Capell. Thol. q.* 380. *n.* 10. cùm tamen dictum Testis de necessitate concludere debeat *per. Rubr. & Jnterpp l. non hoc* 4. *C. unde legit. & c. in præsentia.* 8. *X. de probation.* Quæ licet quibusdam displiceant *arg. l. qua conditio* 39. §. *cùm ita* 1. *D. de condit. & demonstrat. l. quid tamen* 21. § *si arbiter* 10. *D. de recept. arb.* Verùm cùm neq; de Testamentis, in quibus locus interdum subintelligitur, *Godofred. ad. cit. l. quæ conditio* 39. §. *cùm ita* 1. *D. de condit. & demonst sub lit. D.* neq; de loco arbitrij sermo nobis sit, nihil inferri firmiter hic poterit, præsertim cùm de Testium probationibus aliter sit cautum per ea, quæ *in l. non hoc* 4. *C. unde legitim. & in c. in præsentia* 8. *X. de probat.* & apud eorundem Interpretes inveniuntur.

Th. 46. 3. Requisitum est, ut Testis interrogatus respondeat, à quibus audiverit dici personis & ita ipsarum qualitates patefaciat. A personis enim honestis, providis & fidedignis oriri famam regulariter, *Innoc. docet c. qualiter & quando* 24. *X. de accus. Vid. supr. th.* 34; non verò à malevolis, improbis & maledicis, *Prosp. Farinac. lib.* 1. *cons.* 24. *n.* 6. *cons.* 55. *n.* 26. *& cons.* 80. *n.* 54. *per c. in cunctis* 52. 11. *q.* 3. Ideoq; infallibiter sequitur, Testem manifestare teneri personas, primos nimir. famæ

mæ auctores. *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion. Cravett. in cons* 41. *n. 5* ubi Testium probationes invalidas pronunciat, etiamsi deponerent, â majore populi parte publicè dici se audivisse, ni recordarentur, â quibus personis. *Dec.* quem *Auctor modò citat.* allegat, *in. cons. 429. circa fin. Jul. Clar. Sent. lib. 5. §. fin. Pract. Crim. quæst. 6. n. 16. & seqq. Farin. lib.* 1. *tit. 5. de Judic. q. 47. n. 229. & lib* 1. *cons. 24. n. 6. & cons. 78. n. 36. verb. ferè final;* Scire siquidem aliàs quis nequeat, num â malevolis, num verò honestis sumpserit originem fama personis. Contrarium *Farinac.* adstruit *l.* 1. *de Judic. tit. 5. q. 47. n. 235. & lib.* 1. *cons. 55. n. 50.:* necesse videl. quòd non sit, nominari illos, â quibus ortum traxerit fama. Verùm Resp. ipse & allegati ibidem Auctores nobis suppeditant. Loqvuntur enim de famæ orta ex probabilibus caussis & conjecturis. Cùm igitur suppleri dicant per probabilia argumenta personarum defectum, utiq; sufficiet Testi, si exprimit saltèm dictas caussas & conjecturas. Vid. *Masc. vol. 2. de prob. concl. 749. n.* 20. Notandum insuper, cùm omnium habere memoriam Divinitatis magis quàm mortalitatis sit, *arg. l. tanta circa nos 2. §. si quid autem* 14 *C. de vet. jur. enucl.* nec memoriæ damnum adferat imbecillitas, *l. peregrè* 44. *D. de adqv. vel amitt. possess.* sufficere, quòd unum vel alterum denominet saltem, de alijs verò cæteris se non recordari, postea subjiciat. *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion. Capell. Tholos. q. 380. n. 13. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 5. de indic. q. 47. n. 234. qui sequutus Mascard. vol. 2. de probat. conclus. 749. n. 16.*

Th. 47. Adponi huc oportet quæstiones seqq.

 duas.

duas. Cùm enim eorum, à quibus oriri fama soleat, mentio facta fuerit *supr. in th.* 43. majorem videl. partem constituentium; haut immeritò quæritur jàm *primò*: Utrùm majori annumerentur parti quivis particulares homines & ita etiam mulierculæ; Decisio hujus quæstionis ex juris textibus erit petenda, & distinguendum tripliciter. Aut enim principaliter spectat res ad eos, quibus Reipubl. summa commissa est, & tunc plebeji vel cives in majorem partem non computantur, sed sufficit dici ab ijs ad quos spectat regimen civitatis, cùm municipes scire etiam intelligantur, quòd sciant hi, quibus reipubl. summa commissa est, per *l. municeps 14. D. ad Municipal.* Municipes autem nominentur cujusq; civitatis vel municipij cives, *arg. l. Municipem 1. §. & propriè 1. verb. final. Godofr. ibidem sub lit. L. D h. t.* Vid. *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion.* Aut non principaliter spectat ad eos, qui regunt Civitatem, sed alios magis particulares homines res, de qua oritur fama, tùnc æq; mulierum sufficit major pars ad efficiendam famam, præprimis in probanda rè ad fæminas æquè pertinente, ut de Obstetricis alicujus industria, peritia vel prudentia probanda, *Salycetus ad l. ea quidem 7. C. de accusation. n. 109.* Colligunt hoc & probant *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 749. n. 29. Prosp. Farinac. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 161.* Aut deniq; res, de qua fama est, attingit masculos solùm, Actus puta, ad quos mulieres non convocentur, sed remotæ sint ab ijsdem *per l. fæminæ 2. D. de reg. juris*, cum neq; intersit earum de illis scire, solos tunc masculos famam cunstituere oportere, hinc concludimus.

Th. 48.

Th. 48. *Secundò* hic quæritur: An major pars hominum requiratur totius Regionis, num verò saltem Viciniæ vel Civitatis, ubi oritur fama? Et hanc quæstionem decisam reperimus apud *Barth. in comm. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D de quæstion. & Mascard. lib. 2. de probat concl. 749. n 9.* limitantes negotia, de quibus fama exoritur. In negotijs enim parvis requirunt majorem populi partem Viciniæ vel Civitatis *per c. illud quoq; 11. X. de præsumpt.* cujus verba famam viciniæ attendi debere apertè testantur; Magnis autem in negotijs non sufficere ad famam alicujus modò Civitatis, sed totius Regionis requiri partem majorem hominum docent Magni Alexandri mortem exempli vicem *cum Dd.* adducere licebit; Eo siquidem defuncto fama tum temporis non sufficiebat, citra dubium, hominum quorundam vel alicujus duntaxat Civitatis, sed totus ferè terrarum orbis cognitum ut haberet oportebat, desijsse Monarcham. *Lud. Gilb. in arb. judic. part. 1. cap. 6. §. 263 n. 2.*

Th. 49. 4 Requisitum est, ut Testis vel peritus vel imperitus, cùm interrogetur: quid sit fama, eam definiat sivè facti seu juris verbis, *Barthol. ad l. ê re est 1. D. de rebus creditis Lud. Gilb. d. loc. n. 6.* Interrogandus autem non est, si ex depositis, Testem intelligere, quid sit fama, antea constet, cùm supervacaneis uti non sit necessum, *arg l. hæc stipulatio 14. §. divus quoq; 1. D. ut legat. seu fideic. servand. caus. cav. Vid. Mascard. vol. 2. de probat. concl. 749. n. 35 & 36.*

Th. 50. 5. Requisitum est, ut Testis de tempore, nimirum ante litis contestationem originem traxisse famam, deponat, *Cravett. cons. 260, n. 7. in fin. Mascard.*

vol. 2.

vol. 2. de probat. concl. 749. n. 30. si videl. fuerit interrogatus, *n. 31. Prosp. Farinac. lib. 1. cons. 24. n. 7.* Si enim interrogatus non fuerit, neq; allegaverit tempus, ante litem orta præsumitur, nisi ex testis depositione aliter colligatur, *n. eod. quem vid. & citat. ibidem Auctores.* Idem asserit *Rutger. Rulant tr. de commission. & commissar. parte 4. de interrogator. lib 3. cap. 4. n. 15.*

Th. 51. 6. Requisitum est, ut apertè & distinctè Testis de fama deponat. Testis etenim confusè deponens iterùm diligenter est examinandus *arg. c. cùm clamor. 53. X. de Testib. & attest,* Nè itaq; *juxta alleg. c.* oporteat Testem iteratò deponere, ordine quævis ut proferat,, necessum omninò est. Requirunt præterea nonnulli, ut Testem priùs, quàm perhibeat Testimonium de fama; jurisjurandi religione actari oporteat *arg. l. Jurisjurandi 9. C. de Testib. c. fraternitatis tuæ literis 17. X. eod. in fin.* Cùm verò, licet ad jurandum compulsus non sit, valere tamen deponentis de fama testimonium doceant *Felin. in c. tuis quæstionib. 39. X. de Testib n. 2. Auctoritates allegans Innoc. Anton. de Butr. & Abbat. in c. cùm in tua 27. X. de sponsalib.* & *Iason. in repetit. l. admonendi 31. D. de jurejur. n. 232. & Freb. lib. 1. def. p. c 6. n. 1.* statuens: singulariter in fama hoc esse receptum. *Vid. Mascard vol. 2. de probat concl. 749. n. ult. 38.* Quod tamen ita simpliciter assertum non immeritò suspectum nobis videri debet; Econtra non recedendum â Dd. communi opinione putamus, si concurrant alia, vel fortassis âb ipsis, â quibus testis se audivisse dicta contendit, veritas satis haberi possit.

Th. 52. Priùs, quàm ad Caussarum ultimam, *Finem* nempè, progrediamur, nonnullas & *quinq;* quidem pertracta-

tractare *quæstiones* circa depositionem Testium operæ pretium videtur. Sit autem *prima*: An Testium concurrentium & deponentium de ead. fama Testimonium valeat, si in personis fortassè diversificent, *ut Veteres ICti loqui amant*, vel sint singulares, loco, vel tempore? *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion. Capell Tholos. quæst. 380. n. 11. Mascard. item lib. 2. concl. 749 n. 23* affirmativè subscribunt, quòd inconveniens rationi & veritati obvium non sit: Hunc ab alijs personis, alio in loco, tempore etiam alio audijsse ea, quæ alteri neq; personæ eædem, neq; ad idem tempus, neq; in eodem loco dixerint Testi. Idem adserit *Freb lib. 1. de f.p.c.6.n.38.& 42.* adjiciens tamen hanc limitationem: modo in aliquo conveniant. Benignè siquidem Testimonia Testium interpretari ac concordare oportet, cùm, quod proferant, utrumq; esse possit *arg. c. cùm tu 16. X. de Testib. & attest* & diversitas insuper deponendi vel narrandi, ubi dicuntur eadem, minimè obstet, *arg. c. nihil obstat 7. X. de Verb. Signif.* si enim tendunt Testes ad eundem finem, magis probant, quàm si deponerent per eadem verba, *Alex. vol. 4. cons. 105.* quem allegat *Aymon Cravett. cons. 260. n. 5. in fin. Masc. vol. 2. de probat. concl. 749. n. 23. Capell. Tholos q. 380. n.* 11. Contrarium tenent *Vincent. in c. illud 8. X. de præscript. Felin. in c. licet ex quadam 47. X. de Testib. & attest. vers: & istam restrictionem &c: Vincentium* & ipsius verba allegans: Testes nimirum famam non probare, nisi sint contestes in tempore, loco & personis. Verùm prudenter perquàm & insigniter conciliat Dissentientes *Mascard. vol. 2. de prob. concl. 749. n. 26. & 27.* ita distinguens: *Aut quilibet eorum Testium tot homines expressit, à quibus audivit,* „

 quot

„ *quot expressi faciunt majorem partem populi, & probant fa-*
„ *mam, quia omnes in unum redacti excedunt majorem par-*
„ *tem viciniæ; aut neuter Testis tot expressit in numero, quot*
„ *expressi facerent majorem partem viciniæ, fama non proba-*
„ *tur. Lud. Gilhaus. arb. judic. part. 1. cap. 6. §. 263. n. 4.*

Th. 53. *Altera* est quæstio: An deponentes ita: Cajum delictum hoc non perpetrasse; Non commisisse furtum Mævium; Ad adulterandum Titium non ivisse: affirmativam probent famam, vel negativam, & utrùm negativè fama probari possit? Et ad formulas ejusmodi respondet *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion.* rejiciens errorem eorum, qui negativam
„ famam probari arbitrantur, dum ita differit: *Quæro, u-*
„ *trùm possit fama probari negativè, ut puta: Titium non fe-*
„ *cisse? Resp. sic: Nec dicor probare negativam, sed adfir-*
„ *mativam, quia publica vox, fama est: Titium non fecisse.* Verba autem *Bartholi* cum grano salis accipienda sunt, eaq; nos interpretari ac referre oportet ad casum, quo probatio hæc: Titium non fecisse, non secuta fuerit adfirmativam istam: Fecisse Titium. Tunc enim negativè famam probari nec *Bartholus* nec unquam nos diffitemur. Neq; à dictis *Freb. lib. 2. de f. p. c. 15. n. 1.* dissen-
„ tit. Ita enim ait: *Potest etiam fieri, ut contradicentes &*
„ *adversantes rumores probentur, ut: Milonem occidisse;*
„ *Milonem non occidisse, item n. 2. Quid igitur fiet? si Testes*
„ *utrinq; producti &c.* Mentionem namq; facit duarum propositionum: Milonem scil. occidisse, & Milonem non occidisse: quas & nos requirimus; Meminit etiam deinde Testium Partis utriusq;; non verò alterius saltem. Et præterea ferè *Bartholi* ipsis utitur verbis,
„ dum *d. loco* ita differit: *Hic non tam dicor probare negati-*

vam,

tivam, quàm hanc adfirmativam, quòd publica vox & fama est: Titium non fecisse. Quòd demum negativam nominet eam, quæ opponitur adfirmativæ famæ probationi, evidenter satis videre est ex verbis *summæ vel inscriptionis d. cap. 15. lib. 2. de f. p.* & hæc ita se habent: *De duplici fama inter se contraria.* „ „ „

Th. 54. Constat nunc equidem, negativè famam per Testes probari; Notatu autem maximè etiam dignum est, quòd licèt referat nihil, sin Testes in probatione famæ saltem unius varient vel in loco vel tempore (*vid. θ. supr. 52 & citat. ibidem Auctores*) permagni tamen inter sit, cùm de hoc loco vel tempore Testes unius famæ, alterius verò de alio deponant, præprimis quoad effectum probandi; Ideoq;, ut de eo certi simus, ad quæstiones reliquas properandum.

Th. 55. Placet autem *tertiam* subjicere hanc: Cùm deposuerint Testes utriusq; famæ de diverso loco, utra probatio prævaleat num hujus num illius loci? Variè autem, cùm casus varij ob circumstantias dari soleant, hic respondemus: Aut enim Testes unius famæ allegant locum, in quo commissum delictũ; alterius verò aliquem, qui extra maleficium admissum reperitur, & tunc dubium nullum est, quin preferatur fama loci commissi maleficij illi, in qua allegatur locus, ubi delictum commissum haud sit. Rationem ex *Barthol. Baldi & Immolæ aliorumq; Juris Interpretum* mente *Freb. l. 2. de f. p. c. 15. n. 8.* tradit: *quòd verisimilior omninò sit fama ac rei ipsi adfinior hujus loci, ubi commiserit quis delictum.* Et hæc obtinet etiamsi mala probata fuerit fama vel infamia. *Capell. Tholos. quæst. 280. n. 19.* cùm tamen aliàs bona fama fidem debilitet famæ malæ seu contrariæ, *vid. θ. 17. & 20. superiùs.*

rius. Aut etiam de diversis, pariter tamen à commissi maleficij loco distantibus, Testes deponunt locis, Deponentiumq; & Conjecturarum apparet evidenter æqualitas, & ita quidem, ut omnia æq; sint verisimilia, concludimus exinde: Bonâ super fama probatio quòd aliam sanè confundat. Vid. *Capell. Tholos. q.380.n.19. ferè circa fin. & rationes ibi allegator. auct.* Aut porrò inter se invicem loca æqualiter non distant; Testes verò famæ utriusq; ac, unde ortum habet quælibet, verisimilitudines æquales per omnia sunt, tùnc neq; attenditur loci diversitas, neq; alteram altera fama confundit, sed neutri adhibetur fides, cùm omnia, fidem invicem quæ sibi ipsis derogant, nihil habeant firmitatis *arg. l. Scripturæ 14. C de fid. instrum.* Vid. *Barthol. ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæstion. Mascard. vol. 2 de probat. concl. 750. n. fin. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 5. de Indic. quæst. 47. n. 169.* Aut demum æqualis Testium existimatio non est, nec caussæ, ex quibus processit fama, eædem sunt; probationem eam, quæ Veritati propiùs accedit, attendi docet *Arcadius in fin. §. si testes 3. l. ob carmen 21. D. de Test.* ubi ad sinceram Testimoniorum fidem & testimonia, quibus potiùs lux veritatis adsistit, respicere nos adhortatur. *Honorius item Tertius Romanus Pontifex:* quæ per famam melius probantur, ea observare mandat *in c. cùm causam 13. X. de probat.*

Th. 56. Quæstio *quarta* hæc est: Utrùm probatio præstet, diverso tempore cùm ambæ proponantur, eâ, quam negantes adducunt Testes, num verò quæ ex parte adfirmantium profertur? Variæ hîc iterùm circumstantiæ varias postulant Responsiones. Posito enim hoc casu: Quòd probata sit fama utraq; diverso

tempore,

tempore, omnia tamen aliàs æq; sint æqualia tum quoad Testes tum etiam quoad conjecturas & præsumptiones: sequimur *Mascardi & antiquiorum Dd.* opinionem *vol. 2. de probat. concl. 750. n. 2.* statuentes, posteriorem observari. Rationibus nitimur hisce *duabus*: *1.* Cùm hominum opinio mutari possit sæpiùs; Fama autem per opinionem diffiniatur, *Vid. θ supr.* 11. 2. cùm novissima servari æquitas juris postulet *arg. l. pacta 12. C. de pact.* & conveniat, posteriora tempora spectari *arg. l. si mater 6. C. ne de statu defunct.* & idcircò, alimentorum præstationem sequendam esse novissimam, innuunt satis *verba vers. quid ergò, §. sed si 2. l. Mela ait 14. D. de aliment.* Aut etiam & Testium & Caussarum æqualitas adest in utraq; fama, una autem certi altera incerti temporis, tunc prævalebit fama temporis certi. Verius enim videtur id, cujus tempus & originem non ignoramus, *Freh. lib. 1. de f. p. & citat. ibid. plures Auctores, cap. 15. n. 13. & 14.* Aut deniq; infirmiùs probatur fama novior &, licèt novissima sint servanda, ceu *in pr. hujus θ.* fuerit probatum, rectiùs tamen antiquior vel prior posteriori seu noviori hoc in casu præfertur, cùm Testimonia, quæ vero proximiora, prævaleant *arg. l. ob carmen 21. § si testes 3. D. de Testib.* cumq; in melioribus rationibus & conjecturis fundata fama spectanda sit ac præferenda secundum *Prosp. Farin.* mentem *lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 166.*

Th. 57. *Quinta & ultima* quæstio est: Quænam utriusq; famæ probatio attendatur, si neq; de diversis locis nec tempore diverso deposuerint Testes, num adfirmativa num verò negativa vel contraria? Primo quidem intuitu adserendum videtur: Adfirmativæ quòd

 stetur

stetur potius, cùm probata hominis bona fama omnem excludat delicti præsumptionem Vid. *supr. θ. 17.* & magis bonæ famæ credatur quàm malæ; Vid *θ. 20. circa fin. superiùs.* Verùm simpliciter hæc non concedimus, sed respicimus omninò ad deponentes de fama &, unde fama ortum traxerit, caussas. Circa Testes videre est: Utrùm æquales sint vel inæquales ex utraq; parte. Æquales cùm sunt, fama observatur, sivè sit adfirmativa sive negativa, quæ ex verisimilioribus processit præsumptionibus & conjecturis, *arg. sæpiùs alleg. l. ob carmen 21. §. si testes 3. D. de Testib.* Vid. *Freb. lib. 2. def. p. c. 15. n. 4. Mascard. vol. 2. de probat. concl. 750. n. 1. Prosp. Farin. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 167.* Sequentes *Barthol ad l. de minore 10. §. plurimum 5. D. de quæst.* Inæquales cùm audiunt vel existimatione, preæminentiâ, seu auctoritate, dignioribus credendum esse adserimus *per c. in nostra præsentia 32. X. de Testib.* cùm gravioribus personis fides meritò sit adhibenda, *c. licèt ex quadam 47. X. alleg. modò tit.*; vel numero, licèt sint ejusdem existmationis, pauciores non attendimus *arg. c. cit. 32. X. de Testib.* nisi eorum Testimonia vero proximiora esse comperiamus, *arg. l. ob carmen 21. §. si testes 3. circa fin. D. de Testib.* Ultimò si nec diversum tempus nec locum diversum allegaverint Testes utriusq; famæ & Testium præterea æq; ac Conjecturarum, Præsumptionum, Caussarumvè æqualitas occurrat ita ut omnia sint æqualia, neutrius famæ probationi fidem esse adhibendam cum *Mascardo* rectissimè subjicimus hìc *ex vol. 2. de prob. concl. 750. n. ult*; Una siquidem aliam & fama innocentiæ bona tollit malam delicti famam *Farinac. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 168.*

Th. 58.

Th. 58. *Finem* famæ publicæ nunc considerare oportet. Si enim finis est bonus, fama ipsa bona etiam sit, necesse est. *Gayl. lib. 1. observ. 10. n. 6.* Est autem finis famæ publicæ, ut salus publica ac tranquillitas conservetur. Publicè enim interest, nè delicta maneant impunita *arg. l. si operis 14. C. de pæn* Vid. *ibi not. Godofr sub lit. L.* Ut itaq; criminis Rei luant suas pœnas & innocentes contrà absolvantur ac liberentur, probari delicta oportet; Maximam autem attribuunt *Iura atq; Iurium Interpret.* probandi vim famæ publicæ, præprimis in antiquis nimium, dubijs vel occultis caussis, quæ vel modici præjudicij vel etiam difficilis aliàs sunt probationis, Vid. *supr. θ. 33. infr. verò θ. 61. 62. 63. 64. 65. & seqq. usq; ad θ. 73. & 75.* Expedit etiam Reip. nè suâ re quis malè utatur *arg. §. ex hoc tempore 2. circa med. Inst. de his, qui sui vel alieni juris sunt*; Re autem quem suà abuti probare famam docet *Joseph. Mascard. vol. 2. de probat. concl. 753. n. 29.* & *colligere est* ex verbis ultimis *θ. 34. superius*: Ibi enim fraudes & nequitias Aleatorum per scurras & ejusdem farinæ personas probari est deductum. Deterrimum autem Prodigalitatis Instrumentum Aleam nuncupat *Matth Wesemb. in parat. n. 1. de Aleator.* & complures eâ per inconsultam temeritatem redigi ad inopiam attestatur. Meminit *Auctor* Prodigalitatis; Quis verò Prodigum re suâ abuti inficias ibit?

Th. 59. *Caussas* famæ, quoad licuit, pertractavimus. Cùm verò æq; ac *Effectus* rerum ex *caussis Gayl. lib. 2. obs. 1. n. 8. per l. sicùm 2. §. Titio final. D. de Donation.* ex *Effectibus caussas* investigare soleamus, cognitis his eorum tractatio non incongruè hoc loco annectitur; *Caussæ* siquidem præcedere debent, *Effectus* sequi. Hinc quæritur:

ritur: Utrùm probationem inducat fama plenam, semiplenam vel prorsus nullam? Quid statuendum, docent seqq.

Th. 60. Sit itaq; *Regula*: Fama sola nec in civilibus nec criminalibus plenam facit probationem *l. Testium fides 3. §. ejusdem quoq; 2. D. de Testib. c. si test 53 §. sæpe sine publicis, 4. q. 2. & 3. c. illud 5. X. de Cler. excomm. ibiq; Gloss.*

Th. 61. *Limitatur* in antiquis multùm civilibus, *arg. l. in summa 2. §. Idem Labeo 8. D. de aqv. & aqv. pluv. arc. Labeo* enim sufficere ait, si qui audierint eos, qui memoriâ tenuerint. Sic sentit *Matth. de Afflict. in decis. 277. n. 2.*
„ per hæc verba: *In factis multùm antiquis opinio generalis*
„ *habetur pro veritate, nec est necessaria alia probatio.* Vid. *Cravett. in. tr. de antiqv. tempor. part. 1. n. 302.* & alios *à Freb. lib. 1. de f. p. c. 8 n. 5. à Mascard.* itidem *vol 2. de probat. concl 753. n. 7.* allegatos. Per antiqua autem ea indigitat *Matth. de Afflict. in decis. 83. n. 7.* quæ excedunt metam quadraginta annorum, item *in decis. 277. n. 3* ea, quæ centum annorum tempus excedunt. Hinc cùm inter *Dd. & Interpretes Juris* de certo tempore non constet, de quo antiqua dicantur, tutiùs esse putamus, si judicis arbitrio relinquantur, *cum Alexandr. vol. 3. consil 9. col. 4.* Exemplum ponere solent in filiatione, quæ licèt aliàs absq; adminiculis probari sufficienter nequeat, vid. *paulò inferiùs θ. 65. & 66.* plenè probetur in antiquis, ceu testantur *Salycet. in l. Testamentum 1. D. de Testam. Freb. lib. 2. de f. p. c. 6. n. 13 Masc. vol 2. de probat. concl. 791. n. 9.* Et de probatione Dominij exemplum adducit *Lud. Gilbaus. arbor. judiciar. crim. c. 6. part. 5. n. 80.*

Th. 62

Th. 62. In occultis quoq; rebus famam plenè probare, *Ll. Golße & Interpp; ll.* innuunt. Adulterium exempli vice adducere solent. Ad illud enim detegendum non modò præsumptiones, verùm etiam indicia & suspiciones admittuntur *per c. literis 12. circa fin. extr de præsumpt.* Si videlicet civiliter agitur. Quod tamen non immeritò quibusdam non probatur, *Lud. Gilhauf. arbor. judic. crim. d. part. & cap. n. 58.* In criminali autem præter famam propria insuper uxoris & adulterantis viri confessio requiritur, secundum *Matth. Corn. Cravett. Bald & alios locis à Freb. l. 1. de f. p. c. 9. n. 11. citatis.* Et præterea Accusatores, qui in Civilibus Actores nuncupantur communiter, adferre res suas in publicam notionem oportet munitos probationibus luce clarioribus *arg. l. sciant cuncti ult. C. de probat.* cujus verba eadem reperiuntur *in Jur. Canon. c. nimir. sciant cuncti 2. 2. q. 8.* Ut ita plenè vel semiplenè probandi vim famæ denegemus cum *Capell. Tholos. q. 380. n.* 13 & *Prosp. Farinac. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 59.* Idem sentit in caussis arduis, cùm crimen, licèt civiliter agatur, sit famosum, *Bald. in c. veniens 10. X. de Testib.* & quidem ob eam rationem, quia æquiparatur criminali, Vid. *Mascard. vol 2. de probat. concl. 754. n. 15.* Fama enim & Vita pari passu ambulant *l. justa 9. D. de manumiss vind.* prout communiter allegari solet, & idcircò eædem in judicio civili famoso ac in criminali requiruntur probationes apertissimæ *per l. sciant cuncti fin. C. de probat.* nec sufficiunt nudæ, quas fama suppeditat, præsumptiones & suspiciones, cùm nemo *per l. absentem 5. in pr. D. de pen.* damnandus de suspicionibus sit, nisi accedat, ut dictum, vel propria confessio, vel testium conspirantæ in unum confessiione convincatur *arg. l qui sententiam. 16. C. de pen.*

F Th. 63.

Th. 63. In Adulterio, tamen & alijs inprimis occultis delictis Fama stipata adminiculis, indicijs & præsumptionibus, quam prægnantem vel adminiculatam *Dd.* appellant, & de ea infrà dicetur, Indicium facit ad inquisitionem instituendam, tam generaliter quàm specialiter, *Jul. Clar. in pract. crim. q. 6 n. fin. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 754. n. 21. Farin. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 44. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst 88. n. 16. & seqq. arg. c. qualiter & quando 24. X. de accusat.* Imò pro qualitate ac magnitudine concurrentium circumstantiarum ad torturam, *l. Testium fides 3. §. ejusdem quoq; 2. D. de Testib. c. cùm in tua 27. X. desponsalibus*, & *Ordin. Crim. Caroli V. art. 25. Brun. de Indic. part. 1. q. 3. n. 32. Ludov. à Pegv. decis. crim. 17. n. 18. Farinac. d. q. n. 22. Joh. Zanger. de Quæst. cap. 2. n. 80. & seqq. Heinr. Bocer. eod. tract. c. 3. n. 27. Dn. Carpz. in pract. crim. q. 120. n. 17. & seqq.*

Th. 64. Posuimus *supr. in θ. 62. circa fin.* Crimen civiliter intentatum famosum per famam non probari; Exceptio tamen sese offert in crimine, quod committunt Usurarum Usuras exigentes illicitè, vel fœnus improbum exercentes. Quamvis enim incurrentibus illud infamiæ macula irroganda sit; *Matth. Wesemb. in parat. ad tit. D. de his, qui not. inf. n. 5. ferè circa fin. per l. improbum fœnus 20. C. ex quibus caus. inf. irrog.* (criminaliter) siquidem nunquam puniuntur de jure Civili Usurarij, ceu in Jure de ijs cautum nil esse rectissimè *Godofr. notat ad l. improbum fœnus 2. C. ex quib. caus. inf. irrog. sub lit. O.* Sed extra ordinem fœneratores plecti colligit cum alijs *ex l. locatio. 9. §. quod illicitè 5. D. de public. & vectigal.* ubi extra ordinem plecti illicitè exigentes aliquid expressè *Paulus* præcepit.) Usurarium tamen quem esse, vehemens vel adminiculata fama omninò probat. *Rationes vid. infr. in θ. 71.*

Th. 6.

Th. 65. Exemplum exemplo addere licebit, cùm evidentiùs poterit demonstrari, in occultis famam plenam facere fidem, modò sit vehemens vel adminiculata. Sicco itaq; pede prætereunda non est Filiatio, *de qua in. 61. superiùs* jam tum injectam mentionem fuisse meminimus, quæq; inter occultissima refertur ab Auctoribus. Cum enim semotum filiorum procreatio, quæ licita & honesta est, *teste D. Augustin. lib. 14. de Dei civitate*, ab arbitris cubile requirat, impossibilis ejus dicitur probatio *l. Lucius Titius 83. D. de condit. & demostrat.* cùm concubitu licèt probato vel confesso generatio tamen & conceptio inde probata non sit, quemadmodum arbitrantur *Auctores apud Freb. lib. 2. de f. p. c. 6. n. 3.* & notus est *Menandri* jocus:

Cur mater sobolem patre diligat arctiùs, hinc est:
Esse suam mater scit, pater esse putat.

& ita filiatio de sui natura clarè probari nequeat, *Felin. ad c. veniens 10. X. de Testib. num. 7. in fin. Mascard. vol. 2. de probat. concl. 753. n. 10*; quapropter conjecturis & ita etiam famâ est diffinienda. *Barthol. ad l. filium hunc diffinimus 6. D. de his, qui sui vel al. jur. sunt. Masc. vol. 2. de probat. concl. 787. n. 11.* Vid. *l. si vicinior 10. C. de nuptijs*. Plenè enim fama & conjecturæ ea probant, quæ difficilis sunt probationis, *Barthol. ad l. si quando 9. C. unde vi. Decius ad c. dilecti filij 1. X. de appellat. Masc. vol. 2. de prob. concl. 791. n. 3. prosp. Farinac. lib. 1. tit. 5. de Jndic. q. 47. n. 11. & 91.* Confirmat hoc *c. per. tuas 10. X. de probat.* ibi enim, cùm filius communiter quis nominatus fuerit, mulieris juramento postea in contrarium præstito minimè esse standum adseritur. Limitanda tamen prædicta videntur: nisi præcipua aliqua & singularis præsum-

ptio existat contra famam, vel parentum negatio, quæ, si filius contrarium non probat, famâ est potior. *Rationes & Auctores* vid. *apud Mascard. vol. 2. de prob. concl. 791. n. 13. & 14.*

Th. 66. Adminiculatam esse famam oportet, ceu patet *ex princ. §. anteced*; Recenset autem adminicula aliqua *Freb. lib. 2. de f. p. c. 6. n. 13. & 14.* & meminit eorum *Masc. citat. vol. 2. de prob. concl. 789. 790. 792. 793. 794. 795. & 796.* quæ adponere huc duximus necesse. Sunt autem ea vel præsumptiones & conjecturæ ex tractatione paterna desumptæ; (Exempli enim loco iterùm Filiationem ponunt) vel instrumenta sponsalia & nuptialia; *Mascard. vol. 2. de prob. concl. 791. n. 20. fin.* vel matris confessio; vel filij à patre profecta nominatio; vel effigies & similitudo; vel institutio; vel educatio & alimentorum præstatio. Notandum, nullam ex hisce enarratis conjecturis solam per se sufficere ad probationem filiationis, sed unam vel alteram earum concurrere cum fama oportere. Exemplum præbet *c. per tuas 10. X. de probat.* Ibi enim præter constantem assertionem & publicam filij recognitionem communis etiam reputatio & nominatio, id est, fama publica opus est, si juranti contrarium non credatur. Hoc observat *Alex. Trentacinqv. lib. 1. resolut. 1. & unic. de Filiatione,* ubi conjunctim quædam cum fama requirit, inprimis cùm ageretur de re maximi præjudicij. Contrarium quidem videtur tenere *Joseph. Mascard. vol. 2. de prob. conclus. 791. n. 4.* Verùm de eo saltem casu, cùm simus in antiquis, loquitur, uti apparet *ex d. concl. n. 9.* Nam in antiquis fama plenè probat sola. *vd. §. 61 superiùs*

Th. 67. Idem efficit fama in probatione consangvinitatis & adfinitatis. Eam namq; provenire perhibet ex filiatione

filiatione *Freb. lib. 2. de f. p. c. 7. in pr.* Et quidem in antiquis sola sufficit, Vid. *Freb. cit. lib. & cap. n. 3. Mascard. vol. 2. de probat. concl. 791. n. 12*; ad recenter verò contractam, quæ nimirùm hominum non excedit memoriam, adminiculata sit oportet, *juxta Freb. alleg. lib. & cap. n. 5. & alios consentientes Auctores ibi citatos.*

Th. 68. Nec minùs famam probare alicujus industriam & peritiam, legimus aliquoties *in* §. *quæ omnia 9. l. tanta 2. C. de. vet. jur. enucl.* Vid. *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 753. n. 33.* Hinc *Plinius* ad Principem suum sic scripsit: *Tales nos crede, quales fama cujusq; est.* Nec non *Cicero* commendat famæ efficaciam in probanda quorundam eruditione, dum *lib. 2. officior.* ita ait: *Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis* Hæc & alia loca pluria vid. *apud Freb. lib. 2. de f. p. c. 8. n. ult.*

Th. 69. Plenam etiam facit fama probationem in caussis modici præjudicij, vel exiguis ac brevioribus rebus *per c. super eo 2. X. de consangv. & adfin.* In eo siquidem ob famam loci â puellæ impeditione Jnvenem absolvi præcipit *Urbanus III.* Vid. *Mascard. vol 2. de probat. concl. 753. n. 17.* Ita tradunt *Dd.* communiter *ad Avth. nisi breves sint lites C. de sentent. ex peric. recitand.* Vid. *Capell. Tholos. q. 380. n. 14. Freb. lib. 1. de f. p. c. 10. n. 13.* Res autem vel Caussæ modicæ atq; exiguæ intelliguntur, quarum æstimatio exigua, seu modica quantitas existit, quam ex Regionis more, qui omninò est inspiciendus *arg. l. temporibus 1. §. quod autem 15. ult. in. fin. D, de ventr. inspic. l. quid ergò 3. §. contrarium 1. D. de contrar. tutel. & util. action*; vel ex personæ dignitate *per l. & si quis 14. §. hac actio 6. v. æquum autem D. de relig. & sumpt. funer*; vel ex alterius utriusq; consvetudine *arg. l. he-*

85

heredes 21. §. *si quid* 1. *vers. sed & si, in fin. D. de Testament.* definire & taxare licebit.

Th. 70. In dubijs similiter famam valere & attendi *Alexand.* III. pronunciat *in c. illud quoq;* 11. *X de præsumpt.* Idem apparet *ex l. utile tempus* 2. *vers. fieri autem potest, D. quis ord. in bonor. possess. serv.* Efficit enim fama, ut dubitanti propter eam, famam scilic. vel rumorem dies non cedant æq; ac ignoranti. Hoc approbat *Gloss. ad cit. l.* 2. *vers.* sic sese habens: *Tempus statutum ad petendas possessiones est utile, non continuum. Unde ad hoc, ut currat, necessaria sunt ista, quòd aliquis sciat defunctum, etiam bonorum possessionem delatam esse, sive hoc sciverit ab initio, sive ex postfacto; aliàs* (videl. si ignorat vel dubitat,) *non cedit tempus.*

Th. 71. In occultis adminiculatam famam plenè probare constat. Usurarium exempli loco introducemus. Per famam enim cum adminiculis usurarium quem esse, probari satis *Freb.* testis est *in lib.* 2. *de f. p. c.* 12. *n.* 5. ubi quamplurimorum nititur Auctoritatibus. Nec non calculum suum adjicit *Francisc. Vivius lib.* 2. *decis.* 386. *n.* 9. in his verbis: *Jura adeò ampliant probationes in his, quæ difficilis sunt probationis, quòd per solam famam aliquibus concurrentibus indicijs plenè probari dixerunt Canonistæ in c. præter.* 27. *X. de Test.* & paulò post subjicit: *Et hinc de re Usurarius ex præsumptionibus & conjecturis punitur.* Eò tendit etiam *Mascard. vol.* 2. *de prob. concl.* 753. *n.* 20. Ubi plenam tribuit famæ probationem; modò adminiculata sit. Quem & allegat. ibidem sequitur *Prosp: Farinac. lib.* 1. *t.* 5. *de Judic. q.* 47. *n.* 141. Rationem ponit *Freb. in alleg. lib. de f. p. & cap n.* 1: *Odio nimirum fœneratorum singulariter receptum esse, ut per famam tales esse probentur*, motus *Horatij v.* 80. *lib.* 1. *epist.* 1.

Multis

Multis occulto crescit res fænore.
& Clementis V. sententiâ: Fæneratores quamplurimum contractus Usurarios inire occultè; Vix enim convinci posse de usuraria pravitate, *clem. unic. vers. caterùm fæneratores, de Usuris.* Hinc rectissimè *cum Freb. ex n. 3. cit. lib. & cap.* ultimò concludimus: Contra fæneratores ceu aliâ in re occulta & ad probandum difficili per præsumptiones, conjecturas & famam esse procedendum.

Th 72. Adminicula requisivimus cum fama, ut plenè Usurarij probentur? Adminicula autem Contractus & Instrumenta nuncupant *Canonistæ ad c. cùm in diœcesi 15. X. de Usuris.* Ex quibus videlic. appareat usuraria pravitas. Et colligunt hoc *ex alleg. c. his verbis: Si tamen alijs argumentis &c.*

Th. 73. Quantum valeat in mortis probatione fama publica, hic videbimus. Plenam quidem attribuere famæ probādi vim non displicet, cùm expressa adducere Testimonij verba possimus *ex Gloss. Dd. ad l. si quidem* „
5. C. solut. matr. Ita autem se habet: *Functa est ¶ sed quo-* „
modo probat eam defunctam, an erit necessarius Testis, qui „
mortuam viderit vel sepelierit? Dico secundum Hugol. fa- „
mam solam ad hoc sufficere; si ergo sint aliqui, qui testificen- „
tur, quòd sic se publica habet fama in civitate sua, quòd ipsa „
mortua sit, sufficit, nā aliter quomodo probaretur secundum „
Bulgar. & Joann. mortuam esse. Vid. *Mascard. vol. 2. de* „
probat. concl. 753. n. 5. Sit tamen fama oborta ex verisi- „
mili aliqua & non levi causa seu conjectura *v. gr. si forsitan mari se crediderit & supervenerit tempestas, expectatus autem tempore congruo nec repertus, nec quicquam de ipso & comitibus ipsius auditum, nec navis fuerit inventa;* vel etiam: *si in prælium profectus & finito conflictu neq; reversus, nec à consanguineis per loca verisimilia perquisitus inventus*

inventus fuerit; vel: *si per insidiosa loca transiturus recesserit de domo & per longum tempus à suis expectatus domum non redierit*, & similiter. Vid. *Freb. lib 2. de f. p. c. 2 n. 8. Mascard. vol. 2. concl. 753. n. 32. & concl. 1074. n. 8. Farinac. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 98. & citat. ab ijsdem veteres Auctores.*

Th. 74. Dicta *in θ. anteced.* obtinere adfirmat *per citat. ibi Auctores antiquiores Polydor. Ripa in comment. de actis in articulo mortis cap. 18. de fama n. 4. usq. ad fin*; Verùm ea procedere, si simus in antiquis, vel etiam in ijs, in quibus de modico agitur præjudicio, quàm rectè subjicit *n. 6. & 7.* De gravioribus enim rebus aliter circa Mortis probationem constitutum est in *Jur. tum Civil. tum Canon.* Ad hoc quod spectat, prohibet *Clemens* III. Uxori contrahere secundas nuptias, nisi certum de Mariti morte nuncium receperit *in c. in præsentia 19. X. de sponsal.* Magni autem præjudicij quòd res sit, cùm Uxor unius alteri nubat & bona transferat ad alium, *Freb. lib. 2. de f. p. c. 2. n. 20.* scribit; neq; de modico eò in casu agi præjudicio, *Capell. Tholos.* ante eum attestata est *in decis. q. 317. n. 2.* Vid. *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 1074. n. 3. Farin. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 99.* Quod ad illud attinet, idem etiam postulat jus hodierum commune *in Auth. hodiè*, §. *sed si mortuum audierit*, *C. de repud.* Præter famam namq; ipsa Uxoris diligens ibi requiritur inquisitio in Mariti obitum, ut, pro veritate eum desijsse, certa sit. Quod & hodiè servari in Judicijs novimus.

Th. 75. Plenè in quibusdam famam solam sæpiùs, aliquando autem adminiculatam probare perpaucis indigitavimus per rationes *ex civili jure aq. ac canon.* petitas. Cùm verò admittere ea, quibus fidem adhibere consve-

consvetudo vel statutum aliquod præcipit, etiam nos oporteat *arg. c. cùm dilectus 9. vers. super tertio X. de fid. instrum.* plenè etiam probare famam in aliquibus in vim statuti alicujus vel consvetudinis affirmamus *cum Farinac. lib. 1. tit. 5. de Indic. q. 47. n. 144.* Exemplum aliquod refert *Freb. lib. 1. des. p. c. 13. n. 2. Florentiæ* videlic. esse statutum: quod ad filiationis mortis & tabellionatus non saltem; sed & jurisdictionis probationem fama per quatuor testes probata sola sit sufficiens. Circa ejusmodi statuta notandum est, quod meminit *citat. supr. hac in θ Prosp. Farinac. lib. tit. & q. alleg. n. 146. usq; ad n. 153;* in criminalibus causis, nisi expresse in ijs loquantur, fama legitima sit, habeat omnia legitima requisita, legitimeq; etiam probetur, Statuta locum non habere.

Th. 76. Semiplenam quando & in quibus inducat fama probationem, non est ulteriùs deducendum. Sufficiant enim dicta *in præced. θ. 64. in fin. 66. 67. 71. 72. & 75. in pr;* Adminiculatam, ut ita *cum Dd.* loqui liceat, famam, ubi sola non sufficit, plenè demum videlic. probare. Ubi itaq; plenè non probat per se, plenam tamen efficit fidem concurrentibus semiplenis præsumptionibus alijsq; adminiculis; cùm consentiens fama confirmet rei, de qua quæritur fidem: *id est*: Fama rem minùs plenè aliàs probatam sufficienter penitùs probet, *arg. l. testium fides 3. §. ejusdem quoq; 2. D. de Testib.*

Th. 77. Nullam planè meretur fidem fama veritati contraria. Veritas enim, cui nulla res præter casus in jure exceptos præjudicium quoddam facere potest

 Freb.

b. lib. 2. def. p. c. 16. n. 5. omnem famæ denegat fidem & effectum probandi, quòd omnium fama ostensâ veritate consumatur, ceu *Minutius in Octavio* refert. Imò concurrens fama diversa una alteram ipsa confundit &, quæ vero proximior, alteri adimit vim & efficaciam probandi *per l. ob carmen 21. §. si testes 3. D. de Testib.* Neq; probat fama non vehemens: *id est*: nullam habens originis verisimilem causam: *Cason enim tr. de Indic. 8. c. 2. rubr. de fama, n 11.* famam, etiamsi ortum habeat â mille personis, nulla verò, undè ea orta sit, appareat caussa, miminè considerari, insigniter tradit. Nec ponitur secundum *Baldi* sententiam inter genera probationum. Vid. *Freb. lib. 1. def. p. c. 14. n. 22.* cùm ejusmodi fama, solo nimir. suspicionis colore nitens, nè fama quidem sit, sed saltem inanis rumusculus & susurrus ex *Baldi* assertione *ad l. diffamari 5. C. de ingen. manum.* & ceu somnium quoddam & vanus populi rumor. *Prosp. Farinac. lib. 1. cons. 55 n. 26.*

Th. 78. *Casus* quorum mentio facta est in *θ. preced.* passim *in Jur. Civ.* ex quo nonnulla exempla mox subjicientur, reperiuntur expressi; In ijs autem communem opinionem veritati præferri publica utilitas svadet. Cùm enim agitur de favore publico, famam plenè probare refert. *Mascard. vol. 2. de probat. concl. 753. n. 15.* Quò procul dubio illud *Poëta* tendit.

Atq; ipsa Utilitas justi propè mater & æqui est.

Th. 79. I. Notum est *ex l. cùm prætor 12 §. non autem 2. vers. moribus D. de Judic.* quòd servis officijs civilibus fungi prohibitum sit, neq; judices esse liceat. Propter Utilitatem tamen servorum pro liberis ex communi opinio-

opinione habitorum sententiæ valent latæ eo tempore, quo pro liberis reputabantur & fungebantur præturis *arg. l. Barbarius 3. D. de offic. Prætor.*

Th. 80. Veritas 2 Filijs familias, si communi opinione sui juris esse creduntur, succurrere nequit, ne contra eos actiones habeant Creditores, â quibus mutuum acceperint; sed omninò ipsos obligat mutuum ac valet, & ita SCtum Maced. quod reperitur *in l. verba* 1. *D. de SCto Maced.* locum non habet *per l. si quis 3. D. d. tit. l. Zenodorus 2. C. eod.* cùm tamen aliàs Creditor, si scivit eum filiumfamilias, ad quem pervenit pecunia, exceptione summoveatur *per l. item si 7. §. idem si 8. D. h. tit.*

Th. 81. Similiter 3. effectum suum contra veritatem fama sortitur in Testamentis. Válida enim sunt & rumpi nequeunt ea, in quibus servi, qui testes aliàs adhiberi prohibentur *arg. §. testes 6 Inst. de Testam. ordin. & l. qui testamento 20. §. servus 7. D. qui Testam. fac. poss.* testes existunt, modò eo tempore, quo signantur, liberorum loco sunt omnium consensu *per §. sed cùm 7. Instit. de Testam. ordin. & l. testes. 1. C. de Testam.* ad quam *Godofredus* notavit *sub. lit. E.* quòd secundum quosdam communis error faciat jus *per l. suppellectili 3. §. nec interest 5. in fin. D. de suppel. leg.* & communis opinio veritatis vicem sustineat. Vid. *Prosp. Farin. lib.* 1. *tit. 5. de Judic. q. 47. n. 123.* Ubi plures reperies casus.

Th. 82. Referunt nonnulli, inter quos & *Freb. lib. 2. de f. p. c. 8. n.* 11. huc *l. ejus qui in provincia 41. D. de reb. credit. item l. si quis servo 18. D. de sol. & lib.* existimantes: Debitorem servo ex ignorantia solventem liberari. Constat

 quidem

quidem hoc ex textibus allatis apertiſſime; verùm ad hos noſtros caſus quòd *citat. ll.* male referant, apparet ex Ignorantiæ & communis opinionis ſc. famæ evidentisſima diſcrepantia. Illam n. excludit hæc, teſte *Freb. lib. 2. de ſ. p. c.* 14. *n. 4.* & importat fama ſcientiam, quæ opponitur rectè ignorantiæ. Rationem itaq;, cur liberentur debitores, conſtituimus ignorantiam *per. ll. allegat*; non verò famam, etiamſi in effectu utraq; utilitatis publicæ causâ idem operetur. Hinc Veritatem debitoribus non nócere, ſed ſuccurri ipſis non ob famam, ſed ob ignorantiam, veré colligimus.

Th. 83. *Adfinia* ſunto *Conſvetudo* & *Notorium* Hæc enim & famam valde invicem adfinia pronunciat *Rütger. Rulant tr. de commiſſar & commiſſion. p. 4. de interrog. l. 3. c. 3. n.* 1. cùm in informatione ſuper notorio vel ſuper conſvetudine credatur teſtibus etiam non juratis *Freb. lib.* 1. *de ſ. p. c. 6. n. 2. Masc. vol. 2. de probat. concl. 749. n. ult. item concl. 1107. n 10.* æq; ac in informatione ſuper fama. Vid. *θ. 51. ferè circa fin. ſuperiùs, & citat. ibi Auctoritates.* Licèt etiam inter ſe differant; Differt ſiquidem *à conſvetudine* fama, quòd neceſſe non ſit, Teſtes de conſvetudine perſonas, à quibus ita obſervari viderint, nominare, cùm conſvetudo ab inhoneſtis etiam perſonis oriatur. *Roch. Curt. in tr. de conſvetud. ſect. 8 n 48. & 49. Freb. lib.* 1. *de ſ. p. c. 6 n. 33.* Famam autem ab honeſtis ortum habere, & perſonas, à quibus orta, nominari oportere, conſtat *ſupr. ex θ. 34. & 46.*

Th. 84. Differt etiam fama *à Notorio.* Fama namq; probationem requirit, vid. *ſupr. θ 40*; Notorium verò probatio probata dicitur. *Mascard. vol. 2. de prob. concl.* 1105.

1105. *n.5.* nec probandum eſt, *Idem vol. cit. concl.* 1107. *n.* 1. ubi quamplurimas vide Auctoritates; Quanquam non diffitemur *cum citat. Auctore*, probari notorium *facti ſcilic. momentanei & tranſeuntis, n.* 7. *& 8. interpellatum, n.* 14. *extra locum notorij, n.* 27. *& in quo pro forma exigitur probatio, n.* 28. *d. concl.* 1107. *Differentias* hic famæ *inter manifeſtum, teſtimonium de auditu, clamorem & rumorem* ſubjicere licebit.

Th. 85. Differre famam *à Manifeſto* patet *ex Barthol. ad l. de minore* 10. §. *plurimum* 5. *D. de queſtion. & Capell. Tholos. q.* 380. *n.* 3. *his verbis*: *Quod dixi, ex ſuſpicione preveniens, hoc dixi ad differentiam manifeſti, nam ſi diceretur communiter aliquid, quod eſſet certum, viſum à populo, illud eſſet manifeſtum &c.* Vid. *th.* 13. *ſuperiùs in fin.* Manifeſtum præterea expreſsè *Urbanus III. in c. ſuper eo 2. X. de conſangv. & adfin.* à fama diſtingvit.

Th. 86. Differentiam *Teſtim. de auditu* & famæ innuunt *ſeqq.* In teſtimonio n. de auditu non ſufficit, quod à pluribus & diverſis perſonis dici audiverint teſtes & ſic ſint ſingulares, *arg. c. cùm dilectus filius* 32 *X de election. & elect. poteſt.* Hinc *vol.* 1. *conſ.* 82. *verſ. præterea Alexander* ita loquitur: *Ad hoc, ut dicti teſtes probent conſangvinitatem deponentes de auditu Majorum ſuorum, neceſſe eſt, quod audiverint ipſi teſtes ab iisdem perſonis; ſecùs, ſi unus audiverit à quibusdam, alius ab aliis perſonis, quia viderentur ſingulares, ſic non probabunt.* Opinionem hanc amplectitur & tuetur *Freh. lib.* 1 *de f. p. cap.* 6 *n.* 40. In materia verò famæ ſingulares Teſtes omninò probant, ceu *Idem Alexander* aſſerit *verſ. nec eſt curandum, conſ.* 51. *vol.* 1. Vid. *ſupr. th.* 52.

Th. 87.

Th. 87. Differt porrò fama *à Clamore*. Clamor quippè paucorum est, *Felin. ad hæc verba: utrùm clamorem, c. qualiter & quando 24. X. de accusation*, Fama verò plurimorum. Major enim pars populi ad eam requiritur *supr. in θ. 43.* Vid. *Joann: Calv. in Lex. Jur. ad vocab. famæ pag. m. 361.*

Th. 88. Differunt deniq; fama & *Rumor*; Plus utiq; fama quàm rumor est. Rumor enim probationis genus non constituit; quia judicandus adeò validus non est, quòd, nisi rationabiles ac fide dignę probationes accedant, posset benè contractum matrimonium irritari, *arg. c. super eo quod postulas 5. X de eo, qui cognov consangv.* Fama autem majorem quàm rumor præsumptionem inducit secundum *Anton. Butr. in c. vestra duxit de voto 7. X de cohabitatione cleric. & mulier* Imò inter ipsas probationes refertur, *Vid. θ. 61. usq; ad θ. 77. superiùs*, & impedimentum matrimonij per eam probatur. Testantur hoc *c. super eo, quod juvenem 2 x. de consangv. & adfin. verba seqq. clara: Vel, si non est manifestum, fama tamen loci hoc habet, idem ab ejus*, puellæ scilic. antea nondum nubilis, *impeditione debet absolvi.* Rumor insuper etiam non communis Assertio sed dubia quædam paucorum saltem Susurratio est, ab incerto Auctore provenîens. Vid. *Bened. de Benedictis de capra in tr. notorij. n. 23. & 25. pag. m. 78.* Pulchrè admodùm præterea *Cicero* differentiam nos docet rumoris & famæ *in epist. ad C. Cassium transmissa 10. lib. 12. ad familiar.* ubi hæc verba inseruit: *Nos de Dolobella quotidie quæ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuncio*; *In epist. autem 17. ad Atticum lib. 9. & epist. ad Eundem 10. lib.*

l.10. græcam voculam *αὐθεντικῶς* ponit, cùm de fama loquitur, quæ idem significat atq; âb auctore probabili, fide digno & certo narratum esse.

Th. 89. Dicta *in θ. præcedenti* de rumore propriè ita dicto intelligi oportet, *id est*, de eo, qui nuper modò prodijt. Non enim rumor dicitur, scribit *Freb. lib. 1 de f.p. c. 1. n. 6* nisi qui nuper prodiit, cùm rumor, quando adolevit viresq; sumpsit eundo, neq; alio certiore nuncio superveniente refellitur, ad eum tandem modum crebescere & invalescere valeat, ut famæ mereatur appellationem, ceu rectissimè subjicit *citat. modò Freb. in alleg. lib. & cap. n sep. 7.*

Th. 90. Restant *contraria*. Annumeranda verò cùm sit *Adfinibus famæ communis etiam Dd opinio*, & quidem ob convenientias utriusq; & similitudines, quarum viginti octo meminit *Freb. lib. 2. de f. p. c. fin. n. 3. & 4. usq, ad n. 54.* præferenda ipsius tractio fuit. Contrariorum. Adfiniorum namq; cognitionem sequi oportere Contrariorum, methodi nostræ ratio exigit. Cognatam autem famæ publicæ *Dd.* esse opinionem ex verbis probamus *citati sæpiùs Freb. in alleg lib. & cap. n. fin.* quæ hæc sunt: *Inter famam publicam & communem Dd. opinionem similitudinem & cognationem esse tantam, quanta est inter factum ex quo jus oritur, & jus, quod ad factum accommodatur.*

Th. 91. *contraria* famæ nuncupamus, quæ impediunt & adimunt famæ Effectus; Eaq; sunt 1. *Fama negativè opposita*, quæ priorem vel confundit quandoq;, *Vid θ. 55. circa medium & θ. 56*; vel & sibi ipsi cum priori omnem

plane

plane denegat fidem, *Vid. §. 57. in fin.* 2. *Probatio Veritatis in contrarium*; Ea siquidem omnem famæ prohibet effectum probandi, *Vid §. 77.* exceptis quibusdam casibus *in §. 79. 80. & 81.*

Tantum!

Gloria Vni Deo.

Errata.

Tit. lin ult. lege Characteribus. In enarrat. *titt. lin. 7 in fin. leg.* Pezlinovez. §. 4 *lin. 3. leg.* de *pro* in. §. 21. *lin. 12 leg.* l. *pro* r. §. 34. *lin. 3. leg.* n. 155. §. 39. *lin.* 4. *leg.* 35. §. *ead. lin.* 18. *post vocabulum* fides *ponatur* 3. §. 55. *lin. 30. leg.* scripturæ §. 64. *lin. 9. leg.* criminaliter. *ib. eâd. lin.* 11. *leg.* 20. *ib.* 65. *lin.* 4. *post præpos.* in *ponatur ib. ib.* 68. *lin.* 5. *leg.* qualis. [illegible]

Cætera, minuta scil. quæ in typis vel omissa planè, vel præposterè posita sunt, Lectoris candori committimus.

